CIAL

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

TOLEDO
BIBLIOTECA PROVINCIAL
Sala Reservados
Número 942

S. R - 13 - 3

+ M 7998
R 376289
C 1196070

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

# Liber eruditionis

religioſorū: in quo quicq̄d preclarum et vtile in alȳs religioſorum inſtructionibus continetur: hic ingenioſe enucleatum/ atq3 ſolerti cura collectum inuenies. ⁊ hunc cōpilauit magiſter Hūbert⁹ de Romanis quōdam generalis ordinis Predicatorum: quē nouiter correxerunt et impreſſioni tradiderunt patres ordinis minorum conuentus Pariſienſis reformatores.

BIBLIOTECA PUBLICA DE TOLEDO

¶ Venalis reperitur in vico collegȳ Beluacen̄. in officina Henrici Stephani e regione ſchole Decretorum.

es de la Comp.a de talauera

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tabula primi libri.

Opus pſens in ſex partiales diuidit libros: quoꝝ partitiões in capitula/ contẽtaqꝫ i his/ cũ numero folioꝝ eis correſpondente/ plane ex ſubducta elucidantur tabula.

¶ In proemio hec premittuntur.


IMprimis diuina exhortatio qua deꝰ exhortatᷣ religionẽ vt erudiatᷣ: erudiri vero nolẽti tria mala cõminatur. Primũ eſt cordis ſui receſſio ab ea. Folio. i.

Secundũ quod cõminatur deus religioni erudiri nolẽti: eſt defectus bonorum ſpiritualium .3.

Tertiũ defectus perſonarum eodẽ

Decẽ tãgũt mala ex defectu eruditionis ꝓueniẽtia 2.


¶ In primo libro hec pertractantur.


¶ Religioſus a ſeculo eductus debet gratiã in eductiõe a deo acceptam agnoſcere 3

Septẽ cõſyderatiões: ad cognoſcẽdũ magnitudinẽ gratie in eductiõe de mũdo a deo recepte valẽtes 4

De mundi falſitate 6

Mundanas diuitias eſſe fallaces 7

Mũdanã grãm eſſe fallacẽ: ꝑ quatuor probatur 8

Mundanam potẽtiam eſſe fallacem eodẽ

Mundanãqꝫ gloriam eſſe fallacem eodẽ

De temporalium bonorum modicitate 9

Bona temporalia: maiorum bonorum vtputa ſpiritualium impedimenta preſtant eodem

Velocem bonorum temporalium eſſe tranſitum 10

De mundi cruciatu eodẽ

Tormenta ſeptem viciorum capitalium 10. et. 11.

De periculo mundi 11

Eſſe gaudendũ de mutatiõe ſtatꝰ ſclaris i religioſũ 13

Reditus ad ſeculum multum ſit timendus 13

Multa eſſe reditum ad ſeculum diſſuadentia eodẽ

De valentibus ad ſtabilimentũ viri religioſi 14

Timor ꝑiculi mltũ valere põt ad eiuſdẽ ſtabilimẽtũ 15




Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Amor ppe ſalutis ad ſtabilimētū eiuſdē valet 16
Intrans religionē nichil mūdi debet retinere 16
Quō aliquid retinens: pacem non habet 17
Que intrans religionem: debet relinquere 17
Furtū proprietarij eſſe valde deteſtabile 18
¶ In ſcdo libro hec determinantur.
¶ De diſciplina in cōmuni 19
Cura nouicij/ primo circa corpis diſciplinā dz eſſe 19
Quot modis dicitur diſciplina 20
Deſcriptio diſcipline prout hic ſumitur eodē
Diſcipline commendatio eodē
Ad obtinendam diſciplinam valere doctrinam 24
Exemplū valere ad obtinēdam diſciplinam 24
Frequens operū inſpectio multū valet ad diſciplinā: et quotidiana examinatio 24
Pudorem valere ad obtinendā diſciplinā 25
Obedientiā valere ad eādē obtinendā eodē
Perſeuerantiā itidē valere ad eādē obtinēdā 26
Quatuor eē in quibus ſeruādā eſt diſciplina 28
Duodecim eſſe poſſūt reprehenſibilia in habitu eodē
De diſciplina in geſtu 30 De geſtu cōmēdabili 30
De diſciplina in riſu 31
Cuſtodia oris eſt cuſtodia anime eodē
Magnā diligentiā eē adhibēdā ad cuſtodiā ligue 32
Que ſint attēdēda in locutione 34
Enumerāt̄ q̄tuor multū valētia ad cuſtodiā ligue 37
Quantū clauſtrale ſilentiū/ bonaq̧ ex eiuſdē cuſtodia prouenientia ad lingue cuſtodiam valeant eodē
De diſciplina in menſa 38
Precioſi cibi non ſunt querendi 39
Nec querende ſunt corpori delicie eodē
Etiam nec cibi inſoliti 41
Studioſaq̧ ciborum preparatio diſſuadetur eodē
De cibi quātitate 42 Mod⁹ ſumēdi cibum eodē
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ In tertio libro hec continẽtur

Mundum relinquẽtes: multũ tentari 43
Homines a demonibus tentari eodẽ
Temptationes amicis dei multum eſſe vtiles 44
Aliqua ſpecificantur mendacia: quibus vtitur diabolus in temptando. 45
De quatuor dyaboli temptationibus 46
Circa dyaboli impugnationẽ/ quinqꝫ eſſe timẽda eodẽ.
Quõ repugnãdũ ẽ ſerpẽti ĩfernali ꝑ capitꝭ ꝯtritionẽ 48
De qͥbuſdã volẽtibus ad triũphandũ de dyabolo 50
Vigilantiam valere ad idẽ eodẽ
Sobrietas valet ad idẽ. 52
Fidẽ ſpem/ dilectionem/ ſapientiã/ miſericordiã itidem valere ad vincendum dyabolum. 52 et 53
De ſolacijs humane ignorantie et fragilitatis contra aſtutiam et potentiam dyaboli 54
Quomõ repugnãdũ ſit hoſti: cũ ĩpugnat moleſtijs 56
Sex documẽta multũ valẽtia ĩ pugna dyaboli eodẽ
De puſillanimitatis temptatione eodẽ

¶ In quarto libro hec determinãtur.

¶ De animi eruditione 57
Ordinatio rõnis q̃tum ad actum cogitandi 57
Ordinatio rõnis q̃tum ad actum inquirendi 59
Ordinatio rationis q̃tum ad actum iudicandi 60
Ordinatio rationis q̃tum ad actũ memorandi eodẽ
Multa eſſe quorũ laudabilis eſt obliuio. 61
Ordinatio rõnis q̃tum ad actum interpretandi 62
Ordinatio voluntatis 62
Ordinatio virtutis concupiſcibilis et iraſcibilis 63
De virtutum ordinatione 69
Quomõ fides ſe habet ad ceteras virtutes eodẽ
Quomodo charitas ſe habet ad ceteras virtutes 70
Quõ humilitas ſe habet ad ceteras virtutes eodẽ
Quomodo timor ſe habet ad ceteras virtutes. 71



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Clauſtralis nō dz habē deſyderiū exeūdi mōaſteriū 71
Ordinatio animi q̃tum ad locum orationis 72
Loco orationis magna exhibēda eſt reuerentia 73
Quicqȝ ptinēt ad reuerentiā loco oratiōis exhibēdā eod̄
Multū cauenda eſt in choro diſſolutio 75
Reuerentia eſt exhibenda iuxta altare 77
Ordinatio ptinens ad locū correctionis 78
Religioſus amare debet correctionem 79
Ordinatio pertinens ad locum refectionis 81
Ordinatio pertinens ad locum dormitionis eodem
Ordinatio pertinens ad locum locutionis 82
Ordinatio ſecundum diuerſitatem temporis 83
Quomodo ſe debet habere ſeruꝰ dei: tempore proſpe-
ritatis et aduerſitatis eodē
Iuueni multum cauēda eſt ocioſitas 84
Multum cauenda eſt ſeni obſtinatio. eodem
Pertinentia ad diuerſos ſtatus religionis 85
Ualde reprehēſibilis eſt in religione male viuēs eodē
De quibuſdam inordinationibus clauſtri 88

¶ In quinto libro hec dicuntur.

¶ Quomō religioſus ſe debet habere ad proximū 89
Cōmendatio viuentiū ſub obedientia 90
Cōmendatio ſancte ſocietatis 91
Neceſſaria eſt ſociabilitas illi qui eſt in religione 93
Unitatis cōmendatio eodē
De diuiſione vnitatis 94
Octo valentia ad vnitatem eodē
Innocentiam cuſtodiendā eſſe in omnibus 96
Marie tū his q̄ in regione ſunt eſt cuſtodienda 97
Quatuor partes innocentie 98
Nocumenta que mali inferunt bonis eodē
Incitantia virū religioſū vt fratres ſuos amet 99
Modus amandi proximum 100
Ualentia ad hoc vt frater ametur 103

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

De amore inimicorum 104
De honore quem debent fratres ſibi exhibere 109
Commendatio mutui honoris eodem
In exhibitione honoris diſcretio eſt habenda eodē
Prelati diſcretio in fratrum receptione 107
Prelati diligentia in fratrum inſtructione 109
Nouicii non ſunt leuiter ad profeſſionē recipiendi 110
Prelatus omnibus exemplū bonum debet prebere 110
Prelatus correctionē malorum non debet negligere 112
Prelatus preponendo vnum alteri: carnis nobilitatem non debet/ attendere ſed bonitatem 113
Prelatus magnam curam debet habere de conuētu 114
Prelatus infirmis neceſſaria debet prouidere eodē
Prelatus debet ſpūalia tēporalibus preponere 116
Prelatus debet maiora bona minoribus ꝑponere 117
Prelatus non debet diſpenſationes leuiter facere eodē
Prelatus debet vniuerſa temperare 118
Cōmendatio obedientie/ et deteſtatio īobedientie 119
De gradibus obedientie eodem
Que iuuant ad obedientiam 121
Que obedientie aduerſantur 122
Partes obedientie 123
De miniſtris qui bona tēporalia habēt diſpenſare 125
Quomodo qui fuerunt diuites in ſeculo ſe habere debent: et qui fuerunt pauperes 126
Qualiter ſe debent habere infirmi 127

¶ In ſexto et vltimo hec diſcutiuntur.

¶ Verā quietē mētis nō eē in mūdo: ſed ſolū i deo 129
Multiplex quies mentis in deo eodem
Octo impedientia quietem mentis in deo 130
Sex ad quietem mentis in deo diſponunt 131
Tria valentia ad quietem mentis in deo eodem
Commendatio orationis 132
Quando ſit orandum 134



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

De ſeptem horis canonicis 125
Valde laudabile eſt ad matutinũ ſurgere 136
Valde reprehenſibile eſt non ſurgere ad primam 136
Utile eſt intereſſe completorio 137
Religioſi debent amplius orare ꝙ alii 138
Ubi ſit orandum eodem. Quomõ orandũ eodẽ
De ſpeciebus orationis 140
Explanatio orationis dominice 142
De oratione infructuoſa 145
De electione que eſt via ad ſapientiam eodem
Quadruplex cauſa deſpectionis ſapientie 146
Reſpectio ſapientie multum habet ſtultitie 147
Sex ſapientie conditiones quibus excedit diuitias eo.
Rephẽſibilis ẽ deſpectio diuie ſapie ĩ miſtris ecctie. eo.
Cõtẽptus ſapiẽ diuine ẽ valde reprehenſibilis 148
Reſpectio ſapientie deum multum offendit eodem
De amore ſapientie et doctrine eodem
De lectionis profectu 149
De meditationis profectu 141
Quomõ diſtiguitur meditatio a ſimplici cogitatiõe eo.
Magna diſcretio habenda eſt in meditatione eodem
Que Bernardus ſcripſit de contemplatione 152
Que Auguſtinus ſcripſit de contemplatione 154
Que ĩ libro de vita ſolitaria ſcribũt̃ de ꝯtẽplatiõe 155
Que Richardus de ſctõ victore de eadẽ ſcripſit 156
Quibus cauſis accidt mentis alienatio 163
Quibꝰ gradibus accidit mentis alienatio. 164.
Contemplatio imperfectorum eodem
De duodecĩ quibus magnitudo grĩe perpenditur eodẽ
De electis 165 De gaudio bonorum 166
Supadditᷣ ꝯtẽplatio bti Anſelmi ſup vita Chriſti 169
Deinceps Bonauẽtura de vita religioſorum 177
Demum de preparatione miſſe 182

Finit tabula. Sequitur libri proemiũ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Erudire hierusalē/ne forte recedat aīa mea
a te: ne forte ponā te trā desertā ꝛ ihabita=
bilē: Hieremie.6. Hierusalē scđm nois in=
terpretationē q̄ est pacifica vel viſio pacis
ſpiritualiter ſignificat religionē / q̄ intēdit
paci pectoris; ꝛ aſpirat ad pacē eternitatis.
Hanc in verbo ꝓpoſito deus hortat᷑ vt erudiat᷑/ et ſi eru
diri noluerit/ tria mala ei cōminat᷑: ſcꝫ cordis ſui receſ=
ſū ab ea: defectū bonorū ſpiritualiū/ et defectū ꝑſonaꝝ.
Primū ibi. ne forte recedat. Scđm ibi. ne forte ponā te
terrā deſertā. Tertiū ibi. et inhabitabilē. Spiritualiter
reqrit dn̄s cor viri religioſi. Prouer.23. Prebe fili mi
cor tuū michi. Ideo cuſtodie cordis multū d̄bet intēde=
re. Prouer.4. Oī cuſtodia ſerua cor tuū. Sed mlti re=
ligioſi facti ſūt ſicut colūba ſeducta: nō habēs cor. Oſee
7. Defectu eni eruditiōis ꝛ ꝓlixitate nimia vocalis ora=
tionis: factū eſt vt multi ex eis ſolūmodo labijs deū ho=
norēt. Iſa.29. ſcđm aliā litterā. Populus hic labijs me
honorat: cor aūt eorū longe eſt a me. Et qꝛ de⁹ cor eorū
nō habet: cor dei ſeu aīa ab eis r̄ceſſit. Qui religiōes i=
ſtituerūt: multū voluerūt vt fratres lectiōi vacarēt. Un
de beat⁹ Benedict⁹ (vt habet᷑ in ei⁹ regula) ad ocioſita
tem vitandā aīe inimicā lectiōi oī tp̄e aliquā partē diei
dandā eſſe decreuit: reliquā vero partē diei labori ma=
nuū d̄putauit/ except̄ dn̄icis dieb⁹/ ī q̄b⁹ voluit vt oēs
vacarēt orōi ꝛ lectiōi/ except̄ his / q̄ eſſēt varijs officijs
deputati. Ordinauit etiā vt tp̄e lectiōis / monaſteriū cir
cuirēt vn⁹ vel duo de ſeniorib⁹: ad vidēdū an eēt aliqs
q̄ lectionē negligeret/ alioſq̧ lectiōe impediret. et ſi qs
talis inueniret᷑/ voluit vt nō hic negligenter preteriret᷑.
ſed corriperet᷑ ſemel et ſecūdo: ꝛ ſi nō ſe emēdaret / tali
correctiōi ſubderet᷑ vt ceteri timerēt. ¶ Quidā vero ſē
ſū ſuū rectitudini regule ꝓponētes / in q̄buſdā monaſte
rijs neglecta lectione et dimiſſo labore diuinū officium

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

adeo prolongauerũt q̄ fere totũ diē in eo occupauerũt:
i quo mltũ videtur erraſſe/ et a regula temere deuiaſſe:
cũ i eadē regula dicat̃ vt i ↄuētu idebite nō ꝓlōget̃ orō.
Ipi voluerũt facere viuariũ ſine aq̄ ſapiētie ſalutar: nō
attēdētes illud Iſa. 50. Cōputreſcent piſces ſine aqua / ⁊
morient̃ in ſiti. Cũ iuxta verbũ pſalmiſte / deo pſallēdũ
ſic ſapienter. quomō ſapiēter pſallet i negligētia / lectio-
nis ſapiētiā nō habet: Sicut eni dicit glo. ſuper dictum
verbũ pſalmiſte. nemo ſapiēter facit / quod nō intelligit.
Itē dicit beatus bn̄dict⁹ de eo qui orādo cũ deo loquit̃:
q̄ debet loqui cũ eo / cũ reuerētia ⁊ puritate ⁊ ↄ̄uotione.
Qualis vero reuerētia ē: qñ ille qui orat ꝓpter proliri
tatē orōnis tedio affectus / deo dorſũ vertit: ⁊ cũ depcet̃
deũ vt ſibi itēdat / ipe tñ nec dō / nec ſibi intēdit: Cũ ali-
quis orādo tota die cũ deo loqtur: vix eſt q̄ irreuerētia
nō admiſceat̃. Familiaritas ei parere ſolet ↄtēptũ. Fre-
quenter etiā i orōne ꝓlixa: puritas cordis admittit̃. Eſt
eni frequēti⁹ vt ſymiaca: q̄ ex cōſuetudine ſine cordis
attētiōe labia mouētur: interi vero cor malis cogitatio-
nib⁹ replet̃ ⁊ maculat̃. Itē pſalmoꝝ multitudīe vł orō-
nis ꝓlixitate itellect⁹ grauat̃: et deuotio ſpũs exhaurit̃.
Ficulnea hñs folia ⁊ nō fructũ / ad maledictionē ſaluato-
ris eſt arefacta. Mat. 21. Sic q̄ tota die folia ꝟbał orō-
nis hñt in ore multoties iueniunt̃ aridi a grē humore:
et vbi ſunt verba plurima vocalis orōnis / frequent̃ ibi ē
egeſtas deuotiōis. Preterea cũ idētitas ſit mater faſti-
dĳ: monachi qui ſolũ vacant orōni vt frequēter ſunt fa-
ſtidioſi ⁊ accidioſi / vnde parũ gratũ ē deo ſeruitiũ coꝝ.
Itero. Melior eſt quiq̄ pſalmoꝝ cātatio cũ cordis pu
ritate ac ſerenitate et ſpũali hylaritate: q̄ pſalterĳ mo-
dulatio cũ anxietate cordis atq̄ triſtitia. Gratior eſt dō
pſalmodia ⁊ cātus cordis q̄ oris. Sic apłus pſallebat
et pſallere monebat. Pſallā (inqt) ſpiritu pſallā et mēte
1. ad Coꝛ. 14. Ephe. 5. Cātātes ⁊ pſallātes i cordib⁹ ve

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſtris dño. Cũ loquamur cũ deo dũ oꝛamꝰ / ꝛ ipſe nobiſcũ loquaẗ dũ legimꝰ / nõ videẗ nobis expediẽs ꝙ ſemꝑ oꝛemus ita vt nõ ſit tẽpꝰ ĩ quo nõ loq̃tur nobis deꝰ: cuiꝰ loquutio loquutioni noſtre ĩdubitanẗ ſit ꝑferẽda. Ita cũ tria ſint opa q̃ ad vitã ꝯtẽplatiuã ꝑtineãt ſcʒ lectio / orõ / et meditatio: lectio orõnẽ ꝛ meditationẽ dirigit. vñ ipſa deficiẽte: orõ erit execrabiľ deo ſcðʒ illð ꝓuer. 28. Qui ðclinat aurẽ ſuã ne audiat legẽ: orõ eiꝰ erit execrabiľ. Meditatio ꝟo efficiẗ deo abhoĩabiľ. Subĩtrãt ei muſce moꝛiẽtes q̃ perdunt ſuauitatẽ vnguẽti: ꝑuerſe ſclʒ cogitationes a deo ſeparãtes / vel cogitatões ſine intellectu fructũ ſpũs ĩpedientes. ¶ Ex defectu eruditionis mľta mala ſecuta ſunt ĩ religione et in monaſteriis: de quibꝰ decẽ tangere ſufficiat. ¶ Primũ eſt cecitas ignoꝛãtie: q̃ inẗ maculas ꝑ̃ma numeraẗ: ꝓpẗ q̃s a dei miſterio aliq̃s repelliẗ. Leuitici 21. dictũ eſt aarõ. Nõ de ſemine tuo ꝑ familias q̃ habuerit maculam non offeret panẽ deo ſuo: nec accedet ad miſteriũ eiꝰ ſi cecꝰ fuerit. Honoꝛ reg꞉ celeſtis ĩ miſtris ſuis iudiciũ diſcretiõis diligit. Prouer. 14. Acceptꝰ eſt regi miſter ĩtelligẽs: iracũdiã eiꝰ ĩutilis ſuſtinebit. Inutilẽ dicit nõ intelligentẽ. ¶ Scðʒ ẽ ĩmũdicia mľta. Oſee 4. Nõ eſt ſciẽtia dei ĩ terra. Et ſubdiẗ. Maledictum mẽdaciũ et homicidiũ et / furtũ / et adulteriũ ĩmũdauerũt. Nõ eſt mirũ ſi opa tenebraꝝ faciebãt: qui in tenebꝛis ignoꝛãtie erant. Quomodo ĩmundicia caueretur: vbi quid eſſet ĩmundum / non agnoſcebatur. Item non erat mirũ ſi ĩmundicia abundabat: vbi aqua ſapientie deficiebat. Quomodo ꝓ̄cepta regularia ſeruarentur: vbi non intelligebantur. Quomodo ſemitaꝫ religionis tenere poterant: qui ceci erant. Difficilius eni eſt tenere ſemitaꝫ: q̃ viam latam ꝛ publicam. Mira fatuitas: vitam cõtemplatiuã ducere volebant / qui pꝛe cecitate ad cõtẽplãdũ ĩpotentes erant / non intelligẽtes ꝙ ſicut ad actiuã vitã nõ eſt idoneꝰ monachꝰ / ita nec ad

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

contẽplatiuã cecus. Sicut oculus corporalis abſq̧ luce
corporali inutilis eſt: ſic oculus contemplatiuorꝝ/ qui eſt
oculus eccľie ſine lumine ſapiẽtie inutilis eſſe videtur.
¶ Tertiũ eſt ꝙ q̇ cũ īfirmitate monaſteria intrabãt vel
qui infirmitatẽ incurrebant: nõ curabant. Sicut enĩ erit
ſalus vbi multa cõſilia ſunt. Prouer. 24. Sic erit mors
vbi nulla ꝯſilia ſũt. ¶ Quartũ eſt ꝙ paruuli qui intra-
bant monaſteria illa nõ ꝓficiebant. imo pro defectu cibĩ
ſpũalis peribãt. Si enĩ petebãt panẽ/ non erat q̇ frange-
ret eis: ſed pre eſurie ⁊ ſiti aĩa corũ in ipſis deficiebat.
¶ Quintũ eſt ꝙ illi q̇ in monaſterijs illis impugnaban-
tur: vincebantur cũ nõ haberẽt gladiũ ſpũs ſcꝫ verbum
dei/ quo hoſtes inuiſibiles maxime ſuperant. Hoc gla-
dio vicit ſaluator tẽtatorẽ. Matth. ⁊ Luce. 4. Ipſi erant
abſq̧ gladio in fortiori parte belli. Religioſi enĩ fortiſſi
me/ a demonibꝰ ĩpugnant. ¶ Sextũ eſt ꝙ ſacramẽta cõ
culcabant. Qui enĩ dignitatẽ ⁊ ꝟtutẽ ſacramẽtorũ non
agnoſcebãt: debitã ad eã reuerẽtiam non habebãt/ ſicut
nec porcus reuerentiam exhibet margaritis. Matth. 7.
Nolite ſanctũ dare canibus; neq̧ mittatis margaritas
veſtras ante porcos/ ne forte cõculcẽt eas pedibus ſuis.
¶ Septimum eſt corruptio ſymoniaca: tã in receptiõe
fratrũ q̧̃ in inſtitutione p̄latorũ. Peccatũ ſymonie ĩ mul
tis monaſterijs non reputabatur: qđ tamen tantum eſt ꝙ
cõparatiõe ipſius cetera crimina ꝓ nichilo reputant (vt
ait Damaſiꝰ papa) Et hoc ĩ capitulo tanta de ſymonia.
¶ Octauũ eſt ꝙ in illis monaſterijs carnaliter viuebãt.
Cũ enĩ fratres ſpirituales delicias nõ haberent: carna-
les querebant. Aĩa rationalis nobiliſſima creatura/ ad
eťnas delicias creata: ſine delicijs eẽ nõ poteſt. ¶ No-
num eſt ꝙ minima bona magnis p̄ponebant ibi / vt pul-
chritudo exterior q̄ eſt vana/ interiori q̄ eſt vera. ¶ De
cimum eſt ꝙ mala valde magna nõ timebant: vt indigna
celebratio q̄ occiſioni xp̄i cõparat. 1. Cor. 11. Quicunq̧

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mãducauerit panẽ et biberit calicẽ dñi ĩdigne: re⁹ erit corporis et ſanguinis dñi. Glo. Ambro. Mortis xpi penis dabit/ id eſt ac ſi xpm occiderit punietur. ¶ Scõm malũ qđ iuxta cõminationẽ dñi ppoſitã accidit religioni erudiri nolẽti: eſt defectus bonoꝝ ſpiritualiũ. Hoĩes enĩ ineruditi bona ſpũalia nõ agnoſcũt: ideo ea nec deſyderãt nec qrũt/ nec adorat eeoꝝ ea recipiũt/ qui indubitãter ipſis ea daret ſi ea debito modo dſyderarent et quererẽt. Nõ enĩ auar⁹ eſt vt ea dare nolit: nec inops vt ea dare nõ poſſit. Sicut ſup oẽm aquã eſt viriditas: et ad orã fluminis inde om̃e fenũ euellet. Eccl. 40. ſic vbi deeſt aqua ſapientie: eſt ariditas bonorũ ſcʒ ſpiritualiũ defectus et qſi deſertũ. Legit Deutero. 8. de deſerto per qđ tranſierunt filij iſrael: q nulle omnino erãt ibi aque Prouer. 10. Qui indocti ſũt ĩ egeſtate cordis: morient. In doctrina vero replebunt cellaria vniuerſa ſubſtãtia precioſa et pulcherrima eiuſdẽ. 24. Cellaria noſtra ſunt corda. Cellaria illa q̃ nobiſcũ ferre nõ poſſumus: nõ ſũt nr̃a. Ambro. Nõ ſunt bona hoĩs: q̃ ſecũ ferre nõ poteſt. Subſtãtia pcioſa eſt dei grã: cũ vna gutta grẽ pualeat toti auro mundi. Pulcherrima vero eſt cũ dei ſimilitudo ſit. ¶ Tertiũ malũ qđ accidit religioni erudiri nolenti eſt defect⁹ pſonaꝝ: quia fit ſolitudo habitatio beſtiarũ/ nõ hoĩm. Miere. 4. Intuitus ſum et non erat homo. Aug⁹. ĩ libro de diſci. xpiana. Beluinus eſt hõ amãdo talia q̃lia belue. Semihoĩes ſunt ibi: exteri⁹ eſt forma humana/ interius beluina. Statue religioſorũ ſunt ibi: quorũ figura fuit vxor loth ĩ ſtatuaʒ verſa. Geñ. 19. Statua eſt corp⁹ ſine ſpũ que ĩ extriorib⁹ hoĩ aſſimilatur: ĩteriora vero hoĩs illi deſunt. Cũ domus religionis ad hoc ſit inſtituta: vt ſit locus ſalutis vt ſcʒ hoĩes ſalutem ſuã facile ibi operent. ĩhabitabilis fit cũ locus dãnatiõis efficitur: vt vix aliquis ibi ſaluetur cũ ſcʒ multitudo ibi impellit ad dãnationẽ/ ⁊ pauci vel nulli a dam-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

natiõe retrahũt vel ad ſalutē trahũt. Cum igit̃ multum deo placeat et religioni multũ expediat/ vt ipſa erudiatur: ego in ordine fratrum predicatorũ minimus de benignitate ſaluatoris / non de proprijs viribus confiſus preſens opus ad dei gloriā et humiliũ profectũ compilare volui: in quo aliqua ad religionem pertinentia in ſcripturis diffuſa breuiter collegi. vt viri religioſi ĩ his que ad ſtatum eorum pertinent/ facilius valeant erudiri. Quod quidem opus in ſex libros diſtinxi: vt que in eo continentur facilius inueniantur/ et melius ĩ memoria teneantur/ et vt mens lectoris a grauamine quodāmodo releuetur. Sicut enim dicit beatus Auguſtinus. Ita libri termino reficitur lectoris intentio: ſicut labor viatoris hoſpicio.

¶ Incipit prim⁹ liber de eruditiõe religioſoꝝ/ qui ordinat religioſũ ad mundum. Et cõtinet quatuor partes. Quarũ prima/ gratiā viro religioſo in eductione de ſeculo a deo factā indicat/ diuidit̃ in octo cap. In quoꝝ primo d̃clarat/ ꝙ educto de ſeculo neceſſariũ ſit gratiaꝫ in eductione factā ſibi agnoſcere. Cap. i.

Qui gratiā acceptā nõ agnoſcit/ ⁊ de ea gratias nõ agit: ei⁹ amiſſiõe non dolet/ de ipi⁹ gr̃e recuperatiõe reddit ſe ĩdignũ: ⁊ maxima caſtigatione et dei punitione dignũ: et alteri⁹ gratie ſuſceptiõe indignũ. Aug⁹ ſuper illud Roma. i. Non ſicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt. Quod deus dederat gratis: tulit ingratis. Gregorius. Non eſt dignus dandis/ qui non agit grates de datis. Bern̄. Ingratitudo eſt vētus vrens: ſiccans ſibi fontē pietatis. Neceſſariũ eſt ergo illi quā mia dei de ſeculo eduxit vt magnitudinē gr̃e quā accepit agnoſcat: ⁊ frequēter de ea gratias referat deo: vt ſic gratiā acceptā cuſtodiat: ⁊ r̃ceptiõe gr̃e alte-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rius dign⁹ existat. Ecclesiastes.3. Ad locū vnde exeūt flumina/gratiarū supple reuertūt vt iterū fluāt. Cum eduxisset dñs filios israel de egypto vbi grauiter p̄meba-bant: voluit eos habere tantū bñficiū ī memoria dicēs eis. Mementote dei huius qua egressi estis de egypto. Exo.13. Et sepe eis hoc bñficiū in memoriā reducebat. In Psal. Ego sū dñs de⁹ tu⁹ q̄ eduxi te de tera egypti. Nō min⁹ bñficiū est/eductio de seculo per ei⁹ cōtēptū ⁊ religiōis ingressū: eductione corporali de egypto. Uita eni amatorū mūdi illorū scilicet q̄ amāt bona mūdi vsq̄ ad cōtēptū dei graui seruitute p̄mitur. Aug⁹. Mal⁹ tot dñorū seru⁹ est: quot viciorū. Uoluptuosus seru⁹ ē seru⁹ sui scz corporis sui cui obedit etiā mortē suā īperanti: ⁊ ē valde grauis seruit⁹ ista. Prouer.30. Per tria mouetur terra: et quartū sustinere nō potest. per seruū cū regnare ceperit. Auar⁹ seruus est auaricie qui exhibet eū venalē: etiā vili p̄cio. Ecclesiastici.10. dicitur de auaro. Hic animā suā venalē habet. Superbus seru⁹ est vane glorie/q̄ tantū tributū ab eo exigit: q̄ ad eius solutionē comitat⁹/ vel ducat⁹/ vl' etiā regnū non sufficit.

¶ Septē cōsyderatiōes q̄ valēt ad cognoscēdū magnitudinē grē in eductiōe de mūdo a deo recepte. Cap.2.

a Ad cognoscendum magnitudiuem gratie in eductione de mundo a deo recepte: multū valere possunt septem consyderationes. Quarum prima pertinet ad mundi tenebrositatem. scđa ad eius falsitatem. tertia ad bonorū mūdi modicitatem. quarta ad impedimētum maiorū bonorū. quīta ad bonorū mūdi velocē transitū. sexta ad mūdi cruciatū. septima ad ei⁹ p̄iculū. Post septēplicē circuitū ciuitatis hierico: muri ei⁹ corā filijs gressus est ad dictas septē cōsyderatiōes mūd⁹ q̄dammō corruit/vtī eū nichil possit: ⁊ ī cōparatiōe regni celestis nichil ei sit. ¶ Circa mūdi tenebrositatē notandū q̄ ei⁹

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

amatores magnas tenebras patiuntur: ideo mūdus cō-
uenienter p egyptū itelligit. Egypt⁹ enī tenebre iterptat.
Una plaga egypti fuit tenebrarū. Exo. 10. Extēdit moy
ſes manus in celū/ et facte ſunt tenebre horribiles ī vni-
uerſa tra egypti. Ubicūqꝫ vero habitabūt filij iſrl: lux
erat. De tenebris malorū habet Prouer. 4. Via impio
rū tenebroſa. In pſal. Neſcierūt/ neqꝫ itellexerūt/ i tene
bris ābulāt. Ipm lumen amatorū mundi tenebre ſunt:
iuxta illud. 1. cor. 3. Sapiētia hui⁹ mūdi ſtultitia ē apō
deū. Matth. 6. Si lumē qđ in te eſt tenebre ſūt: ipe tene
bre quāte erūt? Cauſa harū tenebrarū eſt qđ oclos ſuos
ſtatuerūt declinare in terrā q̄ eſt corp⁹ obſcurū: dorſum
hñtes ad deū vnde eſt verū lumē Aug⁹. in libro ꝯfeſſio-
nū. Dorſū habebā ad lumē: et facies mea nō illumiaba-
tur. Itē ī libro de libero arbitrio. Veh eis dñe: qui auer
tunt ſe a luīe tuo. Ipi etiā nubē pctōꝝ ſuoꝝ ſibi ꝛ vero
ſoli interponūt: idō ab eo nō illumiant. Iſa. 59. Iniqta
tes veſtre diuiſerūt inter vos et deū veſtrū. Sicut oīs
virtus facit ad cordis illuiationem: ſic oē viciū ad eius
obtenebrationē. ¶ De ſupbia eſt hoc maīfeſtū qꝛ ē qdā
inflatio faciei interioris: viſū ſpūalē īpediens. Aug⁹ in
libro confeſ. Tumore nimio ſeparat a te: et nimis infla-
ta facies claudebat oclos meos. Superbia eſt quaſi qdā
mons/ radios veri ſolis a corde ꝓhibēs. Hic eſt mons i
quo āgel⁹ clarior ſyderib⁹ obtenebrat⁹ ē. Bern. Nonne
hic ē mōs ī quo angelus aſcēdit: et dyabol⁹ factus eſt?
Gregori⁹ de ſupbis ait. Tāto a luce dei lōge ſūt: quāto
apud ſe huiles nō ſunt. Bern. ſup cāti. Supbo oclo veri-
tas nō videt. ¶ De iuidia vero idē patet: q̄ oclos cordis
excecat. Hec excecauit iudeos. Sap 2. Excecauit eos
malicia eoꝝ. Job. 5. Per diē icurrēt tenebras: et q̄ſi in
nocte ſic palpabūt ī meridie. Grego. Mēs iuidi cū de a-
lieno bono affligit: q̄ſi de radio ſol obſcurat. Et ſubdit.
Dies boni opis ī proxio lucet exti⁹: ſꝫ q̄ſi ī nocte palpāt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nuidi qui liuore ceci aliqua q̄ rep̄hendāt īuenire ſata-
gūt. Ipi ſunt vt noctue lucē bonorum operū odiētes:
et tenebroſa opera amātes. Bona opera proximi ſunt
vt candele: lucē boni exēpli nobis mōſtrātes. ſed īuidi
cādelis iſtis oculos ſibi eruūt. ¶ De ira idēptz. Impe-
dit eni ira animū: ne poſſit cernere verū. Job. 17. Cali-
gauit ad indignationē ficulus me⁹. In pſal. Turbatus
eſt a furorē ocul⁹ meus. Itē. Super cecidit ignis: ⁊ nō
viderūt ſolē. Ignis īquā ire. Ira eni excecat: ſicut vr-
ſ⁹ ad pelui ardētē excecat. De odio ſi̾liter patet: q̄ cor
obtenebrat. Bern̄. Amor vel odiū v̄itatis neſcit iudi-
cium. ¶ De accidia idē patet: q̄ dū hominē q̄ſi dormire
facit/ oculos cordis ei claudit. Prouer. 6. Uſq̄quo pi-
ger dormies? Eiuſdē. 19. Pigredo immittit ſoporem.
¶ De vicio gule idē patet. Grauāt enim oculi cordis
crapula et ebrietate: et oculi corporis aliq̄n̄. Luce. 21.
Attendite ne grauētur corda veſtra crapula et ebrieta-
te. Prouer. 23. Cui ſuffoſſio oculorum? Nonne his qui
morāt in vino: ⁊ ſtudēt calicib⁹ epotādis? Exceſſū in
cibo et potu comitātur fumoſitates: que viſū ſpiritua-
lē īpediunt. De ebrietate ē hoc māifeſtū: q̄ oculos ob
tenebrat cordis: que hominē quaſi inſanū reddit. Oſee.
7. ceperūt furere principes a vino. Reuera nihil aliud ē
ebrietas q̄ȝ voluntaria inſania. ¶ De peccato luxurie
idem patet: cum amans aliquam fatuo amore/ eam cre
dat eſſe pulcherrimam/ quam omnes alii ſciunt eſſe tur
pem. ¶ De peccato auaritie et cupiditatis idem patz.
Sollicitudinem enim temporaliū oculi cupidi et auari
velantur: et velatis oculis ad ſuſpendiū īfernale duci-
tur. Cū modicū pulueris terrēi viſū oculi corporal̄ im
pediat: nō ē mirū ſi viſus cordis īpediat/ ī quo ꝑ ſolli-
citudinē et īordinatū amorē/ multitudo terrenoꝝ reci
pit̄. Thobias excecat⁹ calidis ſtercoribus irundinis.
Thobie. 2. Sic ardēs amor ad tēporalia q̄ ap̄lus arbi-
trat⁹ eſt vt ſtercora: oculos cordis excecat. Aug⁹ ī li
bro cōfeſſionū loq̄ns dn̄o ait. Spergis penales cecita



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tes sup̄ illicitas cupiditates. Saluator illuminatur⁹ cecũ a natiuitate: lutũ posuit super oculos ei⁹. Johan. 9. Insinuans causã cecitatis spiritualis esse lutum diuitiarum. Unde habetur Abacuch. 2. de auaro. Usq̧ quo aggrauat cõtra se densum lutũ? Preterea vbi amor: ibi oculus. Math. 6. Ubi est theſaurus tuus: ibi est et cor tuũ. Cupidus ergo et auarus habent oculos cordis in burſa/ vel in arca/ vel in agris ſuis/ ideo non vident q̃ ad ſalutẽ aie ſue pertinẽt. ſicut ille qui oculos corporales amiſit non videt corporaliter. Eccl. 2. Oculi ſapiẽtis i capite ei⁹: ſtult⁹ i tenebris ãbulat. Prou. 17. Oculi ſtultorum in finibus terre. Cupidi et auari talpe cõparãtur/ que dicitur habere oculos velatos. Affectus in malis hoĩbus poſt ſe trahit intellectum: ſecũdũ illud pſal. Tranſierunt in affectum cordis. Affectionem erroneam comitatur intellectus erroneus. Prouer. 13. et 24. lucerna ĩpiorum extinguetur. Unde cũ peccatũ ſit res tenebroſa: intellectus eorũ in peccatis manens errat: zacharie. 5. de ĩpietate dicit. Hic eſt oculus eorũ in vniuerſa terra. Aug⁹. Errat quiſq̧ veritatẽ ſe poſſe noſcere putat: ſi adhuc nequiter viuat. Amatores mundi: et bona et mala excecant. Mala: quia per impatientiã eos quaſi inſanire faciunt. Bona: quia excecant eos dona. ſecundum illud Exo. 23. Nõ accipies munera que excecãt prudẽtes. Eccl. 20. Ecenia ꝛ dona excecant oculos iudicum. Tante ſunt tenebre amatorum mundi: vt ſeipſos non videant/ nec attendãt q̇bus ſeipſos paſcunt/ vel vbi maneant/ vel quo nõ tendant/ non attendunt. Seipſos non vident. Putant enim ſe ſapiẽtes cum ſtulti ſint: putant ſe eſſe magnos cũ in valore nichil ſint. ad Gal. 6. Qui exiſtimat ſe aliquid eſſe cum nichil ſit: ipſe ſe ſeducit. Meliorem partem ſui ſcilicet animam cognoſcere non videntur/ putantes pulchritudinem corporis ꝛ ornatum id eſt affectionem ſibi ſufficere: anima deformi/ nuda/ et famelica remanente/ inuanum videntur animã ſuam accepiſſe. Corpus etiam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſuum non perfecte cgnoſcunt: cuius nõ attendũt originem vel finẽ: vel quod in eo cõtinetur. Si enim eius originem vel finem attenderent: agnoſcerẽt illud eſſe terram vel puluerem et cinerem vel putredinem. In pſal. Sciant gentes quoniam homines ſunt. homines ſcilicet ab humo. Geñ. 3. Puluis es ⁊ in puluerẽ reuerteris. Eiuſdem. 18. ait abraham. Loquar ad dominum deum meum: cum ſim puluis ⁊ cinis. Eccleſiaſtici. 10. Quid ſuperbis terra et cinis? Job. 17. Putredini dixi. pater meus es/ mater mea et ſoror mea vermibus. Si quod in eo continetur attenderẽt/ ſaccum ſtercorũ/ illud eſſe agnoſcerent. Macha. Gloria impij ſtercus et vermis. Quibus ſe paſcunt nõ agnoſcũt: qui prohibitis fruantur acquiſitis/ ſcilicet per vſuram/ furtum/ et rapinam que quaſi venenata ſunt eis. Eccleſiaſtes. 5. dicit de auaro. Cũctis diebus vite ſue comedit in tenebris. Ubi maneant nõ vident/ iuſtitia enim dei quã pro bonis minimis cõtemnunt: gladium euaginatum tenet ſuper capita eorũ/ que eos occideret/ niſi dei miſericordia expectans eos ad penitẽtiam hoc prohiberet. Job 19. Fugite a facie gladij quia vltor iniquitatis eſt gladius. Quo tendãt non vidẽt quia velatis oculis ad patibulum infernale ducũtur. Gregorius. Qui preſenti ſuauitate capitur. quaſi per amena prata ad interitũ ducitur. ¶ Et notãdum ꝙ cecitas amatorum mũdi ĩ multis differt a cecitate corporali. Ceci enim corporaliter cecitatem ſuam licet non videant: tamen de illa dolent. illuminari cupiunt: et ducem querũt. Amatores vero mundi cecitatem ſuam (ſpiritualia poſtponentes: voluptates mũdanas exoptãt) non agnoſcunt/ et ideo ab illuminatione remoti ſunt. Prouer. 26. Vidiſti hominem ſibi ſapientẽ (ſapientia videlicet mũdi) videri magis illo ſpem habebit inſipiens. Ipſi cecitatẽ ſuã loco ĩ q̃ ſũt attribuãt ſicut refert ſeneca de q̃dam fatua relicta ſibi vxore ſua q̃ viſum amiſerat: et domui ĩ qua erat ĩputabat ꝙ nõ videbat: petẽs ſe trãſferri ad



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

alium locum. Sic amatores mūdi vicia ſua non agno-
ſcunt: et aliter neminem in iſto mundo poſſe viuerē aſ-
ſerūt. Ceci corporaliter multū de cecitate ſua triſtāt:
vt patet ex verbis Thobie dicētis. Quale gaudiū mi-
hi erit: qui in tenebris ſedeo et lumen celi non video.
Thobie. 5. Amatores vero mundi de miſeria cecitatis
ſue non dolent: et ideo ſūt miſerrimi. Aug⁹. Quid mi-
ſerius miſero non miſerante ſeipſū? ceci corporaliter
illumīari multū deſyderant. vt patet Luce. 18. de ceco
illo cui cū dixiſſet domin⁹: quid vis faciā tibi. Illumi-
nationē pre oīb⁹ elegit dicens. Domīe vt videā. Ama-
tores vero mundi lucem odiūt: et predicationē qua il-
luīari poſſēt/fugiūt. Johā. 3. Qui male agit odit lucē.
ipſi ducē nō q̄rūt. Socrates. ceci ducē q̄rūt: et nos ſine
duce erram⁹. Trenorū. 4. Errauerūt ceci in plateis.
Amatores mundi tenebras diligunt: et ad tenebras ī-
fernales vadūt. Johā. 3. Hoc eſt iudiciū. i. cauſa iudi-
cii ſeu dānationis: quia lux venit in mundum/ et dile-
xerūt homines magis tenebras q̄ lucem. Qui de mun-
do ad religionē ordinatā trāſit de loco tenebrarū ad
locū luminis tranſit vel vadit: vbi remota terrenitate
per paupertatem ſpiritus fugata nube peccatorum. a
vero ſole meditatione/ lectione/ oratione illuminatur.
Ad illuminationē etiā operāt act⁹ luminoſi ſcʒ exēpla
virtutis que in fratrib⁹ cōſpiciunt. Mat. 5. Luceat lux
vr̄a corā hoīb⁹: vt videāt opa vr̄a bona.

## De falſitate mundi. Cap. 3.

Circa falſitatē mūdi notādū q̄ mūd⁹ eſt falſus et
fallax: ⁊ nō īuenitur in eo veritas. In pſal. Nō ē
in ore eoꝝ v̄itas. Oſee 4. Nō eſt veritas/ et nō eſt mīa
et nō eſt ſcia dei in terra. Nō inuenitur in ea fides/ nec
vera amicitia. Prouer. 20. Virū fidelē quis inueniet?
Sapiēs. Id primū ſentio: niſi in bonis amicitia eſſe nō
poſſe. Quō amat aliū: qui non amat ſeipſum? In pſal.
Qui diligit iniq̄tatē: odit aīaʒ ſuā. Eccl'. 14. Qui ſibi
nequā: cui alij bon⁹ erit? Nō amāt amatores mūdi etiā

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

propinquos ſuos: et ſi amant eos aliquando carnaliter: odiũt eos ſpiritualiter. Mi re. 9. Unuſquiſq̧ a proximo ſuo ſe cuſtodiat: et in õni fratre ſuo nõ habeat fiduciã q2 õnis frater ſupplãtãs ſupplãtabitte/ oĩs amic9 fraudulẽter icedet/ et vir fratrẽ ſuũ deridebit et veritatẽ nõ loquetur. Michee. 7. Nolite credere amico ⁊ nolite cõfidere in duce. Ab ea que dormit in ſinu tuo cuſtodi clauſtra oris tui: q2 filius cõtumeliã facit patri: et filia cõſurget aduerſus matrẽ ſuã: nur9 aduerſ9 ſocrũ ſuã/ et inimici hominis domeſtici ei9. Oſee. 9. Ephraim ad iterfectionẽ deducet filios ſuos. Bernardus. Nõ parcũt ſuis qui ſibi non parcũt: perimentes pariter ⁊ pcientes. Falſus et fallax eſt mundus: exterius aure9/ interius luteus. vnde dicitur hypocrita. Job. 20. Gaudium hypocrite ad inſtar puncti. Secnudum Hieron9. hypocrita eſt qui aliud eſt et aliud ſimulat. Similis eſt mundus ſterquilinio niue tecto: et ſepulchris dealbatis putredine plenis: que exterius apparent pulchriores/ interius ſunt turpiores: igne infernali exuſti et denigrati/ igne ſcilicet luxurie et cupiditatis. Johel. 1. Ad te domine clamabo: quia ignis comedit ſpecioſa deſerti: mundi ſcilicet a deo deſerti. Cum mund9 ſit immũdus: amplectentes ſe eam ore inquinat. Aug9. O mũde imũde: qd ſtrepis/ quid a vertere conaris. Eccl. 1. Qui tetigerit picẽ/ iq̃nabit ab ea. Fallax eſt mũd9 ſpecie fallacie ignominioſiſſim a q2 pditor. Eũ cui arridet decipit. Potius eſt eligẽda ei9 ira q̃ arriſus. Eccleſiaſtes. 7. Melior ẽ ira riſu. Grego. Cũ oĩs fortuna ſit timẽda: mag; timẽda pſpera q̃ aduerſa. Hec ei ſeuiẽdo erudit: illa blãdiẽdo ſeducit. Mũdus amãtes ſe deuorat. iuxta illud Augu. Amas ſclm: abſorbebit te. Amatores ſuos vorare nouit: nõ potare. Mũd9 eni quẽ oſculatur hoſtib9 ſuis tradit. Ei cõgruit illud verbũ iude. Quecũq̧ oſculat9 fuero ipſe eſt tenete eum Math. 26. Hoc dicit mũdus demonib9. Mũdus quẽ oſculat occidit: ſicut Joab amaſã. 2. regũ. 20. Fallaces ſunt amato



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

res mūdi: et fallacia bona que ab eis amātur. ipſi et fal lūt et fallūtur. Frequēter odiūt: quos amare ſe verbo oſtēdūt. Prou. 10. Abſcōdūt odium labia mendacia. Il los autem quos in proſperitate diligunt: in aduerſitate deſerunt. Eccl. 6. Eſt amicus ſecundum tempus ſuuꝫ et non permanebit in tempore tribulationis. Ipſi par- ua occaſione eorū inimici fiūt: quorū amici āte fuerūt. Eccl. 6. Eſt amicus qui cōuertitur ad inimicitias. Bo- na mūdi fallacia ſūt: ideo dicūtur mēdacia. In pſal. Ut quid diligitis vanitatē et queritis mēdaciū? Eccl. 34. Quaſi qui apprehendit vmbrā/ et perſequitur vētū: ſic qui attēdit ad viſa mēdacia. Iſa. 28. Poſuimus mēda ciū ſpē noſtrā. Seneca. Tenue eſt mēdacium: plucet ſi diligēter inſpexeris. Fallaces ſūt diuitie: fallax mūdi gratia/ potētia et gloria. Diuitie fallaces ſūt ſecūduꝫ il lud Math. 13. Sollicitudo ſeculi iſtius et fallacia diui- tiarū ſuffocāt verbū. Diuitie fallūt quia promittūt co- piā et faciūt vel augent indigētiā. Habent enim defe- ctus ſuos diuitie ſicut amator earum/ quos defect9 ſe- cum afferunt cum ad aliquem veniunt. Et ideo verbuꝫ ſapientis verum eſt/ ꝙ pluribus indigent qui plura poſ ſident. Eccl. 2. Auarus non implebitur pecunia et qui amat diuitias fructum non capiet ex eis. Nō ſūt ſimul fames diuitiarum et ſacietas. Amor vero diuitiarum eſt quedam fames earum: ideo non ē ſimul cū ſacieta- te quam quaſi fructum ex diuitiis amatores earum aſ ſequi ſe credunt. Bernardus non plus ſatiatur cor ho minis ꝙ̄ corpus aura. Seneca. Altera cupiditatum ex fine alterius trahitur. Quod eſt propter defectum quē bona alicui aduenientia habent ſecū. Diuitie eosq̄ in- nitūtē fallunt: qꝛ eis fulcimētū nō tribuūt. Prou. 11. Qui cōfidit in diuitiis ſuis/ corruet. Delicie tēporales fal- laces ſūt. Habēt ei amaritudinē annexā. Boeti9. Dul cedo felicitatis humane multis amaritudinibus reſp- ſa eſt. Eccleſiaſtes. 7. Inueni amariorꝫ morte mulie rem. Hec mulier eſt carnis voluptas. De amaritudine

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

iſta credendū eſt viris ſāctis q̄ hn̄t palatū cordis bene diſpoſitū nō peccatoribꝰ q̄ habent illud de febre iniquitatis infectū Amarior eſt voluptas carnis q̄ aīaꝫ a dō ſeparat morte tpali: q̄ꝫ q̄ aīmaꝫ ſeparat a corpe. Voluptas carnis eſt q̄ſi mel qd̄ lingit in ſpinis. In pſal. Inimici eiꝰ terrā lingēt. Inimici dei: ſunt amici mūdi. Sicut aque ad mare tendūt: ſic delicie tpales ad amaritudinē eternam ducūt. Seneca. Voluptates nō ſūt fideles/non ſunt ſolide: etiā ſi non nocēt fugiūt. ¶ Gratia mundi fallax eſt. Prouer. vltio. Fallax gratia. Multū falluntur qui grāꝫ mundi querūt. ¶ Primo. qr eis cariſſime conſtat: cū minꝰ q̄ nichil valeat. Tot expenſe fiunt pro mundi gratia ſeu placentia habēda: ꝙ aliquādo comitatus vel regna ad eas nō ſufficiūt. Pro ea fiūt precioſi ornatus veſtiū/ lectorū/ equorum/ menſarū: ſcꝫ vaſa aurea et argentea. Pro ea fiūt ſumptuoſa cōuiuia: habentur mlte equitature/magne familie. Gratia mundi minus q̄ nichil valet: cum magis expediat homini habere irām mundi q̄ arriſum. ¶ Secūdo falluntur qui dei gratiā q̄ eſt res precioſiſſima ꝓ mundi gratia amittunt: que eis inutilis vel potius noxia eſt. In pſal. Cōfuſi ſunt qui hominibus placent qm̄ deus ſpreuit eos. Gal. i. Si hoībꝰ placerē: xp̄i ſeruus nō eſſem. Jaco 4. Adulteri neſcitis quia amicitia huiꝰ mūdi inimicitia eſt deo? Quicūq ergo voluerit eſſe amicus huius ſeculi: inimicus dei cōſtituet. ¶ Tertio falluntur. quia multotiens grā huius mūdi haberi ab eis creditur et non habetur: immo raro integre habetur/ ſicut de chriſto qui plenus gratia fuit ſcriptum eſt ꝙ alij dicebant quia bonus eſt / alij dicebant non: ſed ſeducit turbas. ¶ Quarto falluntur. quia licet gratia mundi aliquando q̄tum ad plures habeatur: cito amittitur. vt in Chriſto / qui die qua venit hieroſolymam ad paſſionem gratiam habuit: ſed cito eam amiſit. Bernardus. Ab eodem populo in eodem loco et ipſo tēpore paucissimis diebus interpoſitis: pri-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mo cum tanto triũpho ſuſceptus / poſtea crucifixus ē. ¶ Mũdi potẽtia fallax eſt: innitentes ei decipiẽs. Baculus arundineus eſt. 4. regũ 18. Speras ſuper baculo arũdineo cõfracto egypto: ſup quã ſi incubuerit hõ / comminut⁹ ingredietꝰ manũ eius / ꝛ perforabit eã. ſic ē pharao rex egypti oĩb⁹ q̃ cõfidũt in ſe. Potẽtia ſeculi cõparatꝰ arũdini in aquis creſcẽti: exteri⁹ nitide ĩterius vacue / fructũ non habenti niſi lanuginẽ. Potentes ſeculi in aquis deliciarũ creſcũt: qꝛ vt frequentꝰ delicate nutriuntur / et viuũt. exterius nitent per vanã gloriam / interius vacui ſunt habentes ſeruitutẽ ꝛ ĩpotẽtiã ignominioſam. Frequẽter magis ſubiecti ſunt viciꝭ ꝛ min⁹ poſſũt eis reſiſtere: vt ſupbie / ire / odio / gule. Fructũ vero potentie ſue hunc habẽt: qꝛ magis onerati peccatis decedũt / ꝛ ad maiorẽ cruciatũ vadũt. Sapientie 6. Potẽtes potẽter tormẽta patiẽtur. In eodẽ. Fortioribus fortior inſtat cruciatus. ¶ Gloria mũdi fallax ē / multũ decipiẽs amatores ſuos. Primo qꝛ credũt gloriam: quod vere ignominia eſt. Phil. 3. Gloria in confuſione / eorꝫ qui terrena ſapiũt. Veſtimentũ corporis qđ ipſi credũt glorioſũ: vere eſt ignominioſũ / tãq̃ verecundi remediũ / turpitudinis operimẽtũ / pulchritudinis adiutoriũ / ab infimis creaturis ignominioſe mẽdicatũ / et ſignũ eſt culpe vt cauteriũ latronis. Bern. Qui de veſte gloriatꝰ / ſimilis eſt furi glorianti de cauterio: qꝛ ppꝰ pctm̃ Ade introductus eſt vſus veſtium. ¶ Secũdo. gloria mundi: amatores ſuos decipit. qꝛ vt frequenter / cito ĩ ignominiã cõuertitur. Socrates. Cito fit ignominia: ſupbi gloria. Oſee 4. Gloriã eorũ in ignominiã cõmutabo. ¶ Tertio. qꝛ valde care eaꝫ emũnt: cũ nichil valeat. Jo. 8. Si ego glorifico meipſũ: gloria mea nichil eſt. Si multi tantũ expenderẽt ꝓ eterna gloria quantũ ipſi expẽdũt ꝓ vana: vix eſſetn quin haberent eã. ¶ Quarto. qꝛ multũ eſt eis noxia opera eorum inutilia reddendo / gloria eterna priuando / ꝛ pene eterne eos obligando. Mat. 6. dr̃ de eis qui

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

querũt mundi gloriã. Receperũt mercedẽ ſuã. Apoc. 18. Quantũ glorificauit ſe et in delicijs fuit: tantũ date ei tormentũ et luctũ.

¶ De bonorũ tꝑaliũ modicitate. Cap. 4.

c Irca modicitatẽ bonorũ tꝑaliuꝫ notandũ ꝙ bona tꝑalia modica ſũt reſpectu dei / et reſpectu anime / ⁊ reſpectu celi. ¶ Reſpectu dei ſũt gutta roris. Sapie 11. Tãꝗ momentũ ſtatere: ſic eſt ante te orbis terrarũ / et tãꝗ gutta roris ante lucẽ imo nichil ſũt reſpectu dei. Johã 16. Vſqꝫ mõ nõ petiſtis quicꝗ. Nichil petit qui tẽporale petit. Hiere. 4. Aſpexi terrã / et ecce vacua erat. ¶ Reſpectu aĩe modica ſũt: quã replere nõ poſſunt. Cum enim aĩa capax ſit dei: re minore eo nõ põt repleri. ¶ Modica etiã ſũt reſpectu celi / ſicut centruꝫ reſpectu circũferentie. Latitudo eſt circũferentie: nõ cẽtri. Seneca. Punctũ eſt id in quo nauigatis / bellatis / regnatis. Jd. Ab vltimis littorib⁹ hiſpanie vſqꝫ ad indos pauciſſimorũ dierũ ſpaciũ iacet / ſi nauẽ ferat vent⁹. at illa celeſtis regio per trigita annos velociſſimo ſyderi viã preſtat. ¶ Modica eſt bonitas tẽporaliũ rerũ reſpectu futurorũ bonorũ. vmbre enĩ ſũt potius futurorũ bonorũ ꝗ vera bona. Sapie 5. Omĩa trãſierunt velut vmbra. Signũ modice bonitatis eorũ eſt ꝙ de⁹ dat ea: ⁊ amicis ſuis / et inimicis. Coĩa ei ſũt et bonis et malis: ⁊ plus hñt inde mali ꝗ boni. Poſſeſſores ſuos non faciunt bonos: immo frequenter vł malos faciunt / vel maliciam augẽt / vel in ea detinent. pluribus nocent ꝗ proſint. Prouer. 1. Vſqꝫquo ſtulti que ſibi ſunt noxia cupient: Amatores ſuos iquinãt: tẽdẽtes ad celũ onerant. Aug⁹ in libro de ciuitate dei. De ſerto bono bonoruꝫ ꝓprio: lapſus factus eſt ad bonorum minimum / non bonis ꝓpriũ / ſed bonis et malis commune.

¶ Q; bõa tꝑalia: maiorũ bonoꝝ vt puta ſpũaliũ ſint ĩpedimenta. Cap. 5.

c Irca impedimentũ ꝙ bona tẽporalia bonis ſpiri

tualib⁹ ꝑſtāt: notādū ꝙ oportet cū a creatura auerti q̄
ad dū vult ꝑfecte ꝯuerti: ⁊ trenis euacuari / q̄ vult cele
ſtib⁹ ipleri. Aug⁹ ſup illō pſal. Diligite dn̄z ōs ſcti ei⁹.
Diſce nō diligere mūdū vt diſcas diligē deū / auerte vt
ꝯuertaris: fūde vt ípl earis. Sicut nō ꝯiungit᷑ celū tre/
imo multū diſtat ab eo ſic celeſtia i corō hūano trenis
non ꝯiūgunt᷑. Vult de⁹ tāꝗ nobiliſſim⁹ dn̄s ⁊ ad proui
ſionē ſeruoꝝ ſufficientiſſim⁹ hr̄e ſeruos ꝓpos ab alia
ſeruitute expeditos: qui totalit᷑ poſſint ei⁹ intēdere ſer
uitio. Habuit Abrahā vernaculos expeditos. Geñ. 14.
Nemo pōt duob⁹ dn̄is ſeruire. Mat. 6. Nō poteſtis dō
ſeruire: et mammone. Sermo dei in paupib⁹ pl⁹ ꝓfi=
cit. Sūt eī a curis liberiores: ⁊ cū ſint hic ī miſeria: al=
teri⁹ felicitatis ſūt īueſtigatores. Ideo ſaluator pau=
perib⁹ euāgeliſare miſſ⁹ eſt Iſa. 61. De iudeis amātib⁹
trena dr̄ ad hebre. 4. Nō ꝓfuit eis ſmo audit⁹. Et iu=
uenis hn̄s multas poſſeſſiōes audito ꝯſilio dn̄i ō poſſeſ=
ſiōib⁹ vēdēd abijt triſti. Math. 19. Semē inter ſpinas ſuf=
focat᷑ eiuſdē. 13. Inuitati ad nuptias excuſāt ſe eo ꝙ ſūt
negocijs terrenis īpediti. Luc. 14 Abūdātia tpal iū et
obliuio dei freqnter comitatur. Effraim ⁊ manaſſe fr̄es
fuerūt. Effraim fructificās īterpretatur: manaſſe obli
uio. proficientes in temporalibus: deū ſolent obliuiſci.
Deutero. 8. Caue ne cū dederit tibi dn̄s vrbes et op=
pida cūctarūq; opū copiā / obliuiſcaris domini dei tui.
Pincerna pharaonis in proſperitate cōſtitut⁹ / oblit⁹
eſt ioſeph interpretis ſui. Geñ. 40. Expedit ei qui vult
ad celum tendere on⁹ temporalium deponere. Aug⁹
in libro de ꝟbis domini. Abijce a te diuiciarum one=
ra: abijce vīcula volūtaria: abijce āxietates ⁊ tedia / q̄ te
annis plurimis inqetant. Hiero. Si habes ī ptāte tua
rē tuā vende: ſi non habes ꝓice. Facile ſaluat᷑ diuitiarū
ꝯtēptor: difficile eorū amator. Unde paupeꝝ ſpū dr̄ eē
regnū celorū. Math 5. Diues difficile ītrabit in regnū
celorū. Math. 10. Facilius eſt camelū per foramē ac⁹
trāſire ꝙ̄ diuitē itrare in regnū celoꝝ: luce. 18. ⁊ math.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

19.ꝙ difficile ꝗ diuitias hn̄t ītrabūt rḡnū celoꝝ.Bern̄.
Felices exonerati:ꝗ ſeq̄ pn̄t expediti.Arctiſſimū ei fo=
ramē nos expectat:ꝯtēdam⁹ neceſſe ē īgredi ꝑ anguſtā
portā.Quid tu cāele gibbū:q̄d tu pecūioſe loculoſ tol
lis:Nō ſic ipſe nō ſic īgredieris:foramē ac⁹ hui⁹ ſarcinas
nō admittit. ¶ De veloci trāſitu bonoꝝ tp̄aliū Cap.6.

c Irca velocē tranſitum bonorū temporaliū nota
ſicut apparet velox trāſitus fluīs cū conſydera=
tur ſtabilitas littoris:ſic apparet velox trāſitus tp̄aliū
cōparatiōe eternorū.Hunc velocē trāſitū recognoſcūt
ſupbi: qui pene eterne in īferno ſunt cōdēnati. Sapie.
5.Trāſierūt oīa illa tāꝙ vmbra et tāꝙ nūci⁹ ꝑcurrēs.
et tāꝙ nauis ꝗ ꝑtrāſit fluctuātē aquā cui⁹ cū ꝑterierit
nō eſt veſtigiū īuenire neqꝫ ſemitā carine illi⁹ ī fluctib⁹
aut auis ꝗ trāſuolati aere cui⁹ nullū inueit argumē=
tū itineris illi⁹: aut tāꝙ ſagitta emiſſa ī locū deſtinatū/
ſic et nos nati cōtinuo deſinim⁹ eſſe.Et ſubditur Spes
īpij tanꝙ lanugo ē ꝗ a vēto tollit:ꝛ tāꝙ ſpuma gracilis
ꝗ a ꝓcella diſpgit:ꝛ tāꝙ fum⁹ ꝗ a vento diffuſus eſt:et
tāꝙ mēoria hoſpitis vni⁹ diei ꝑtereūt. Tp̄ale ꝯpatū ad
eternū ē ꝗſi res ꝗ iā ꝑterijt In pſal.Mille anni añ oculos
tuos tanꝙ dies heſterna que preterijt.Itē ē velut ſō=
nium ſecūdū illud Iob.20.Velut ſōniū aduolās nō in=
uenietur et tranſiet ſicut viſio nocturna.Parū durant
homines:parū durāt res tēporales et cito trāſeūt de
pſona ī pſonā.De pmo Iac.4. Quid eſt vita noſtra:
Vapor ad modicū parēs.In pſal.Vidi īpiū ſupra exal
tatū et eleuatū ſicut cedros libani: tranſiui/ et ecce nō
erat.De ſecūdo dicit aug⁹.3.li.cōfeſſiōuꝫ.Si q̄d arriſi
ſet ꝓſperi tedebat apphēdere:qr pene ꝑuſꝙ teneretur/
euolabat.Bern̄.Erras ſi māſuras tibi putas diuitias:
ꝗ tot man⁹ hoīꝫ trāſierūt. ¶ De cruciatu mūdi.Cap.7

c irca mūdi cruciatū nota ꝙ vita mūdana multū ē
laborioſa. ſa.5.Laſſati ſum⁹ ī via iīq̄tatis ꝛ ꝑdi=
tiōis ābulauim⁹ vias difficiles fatigatiōis hui⁹ duplex
cā.ſ. mlt̄itudo agēdoꝝ: ꝛ mlt̄itudo īpedimētoꝝ.Ama

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tores mūdi tot īueniūt īpedimēta in his q̄ aguūt ꝙ etiā
hoīes potētes nō ꝓficiūt qđ intēdūt. Grego. Uita ꝓ̄ſēs
laborib⁹ plena eſt/ cū luctu agitur: et cū lachrimis amit
tit. Nō ſunt ſine cruciatu: q̄ amore ſpinas diuitiaꝝ am
plectuntur. Eccleſiaſtes. 2. dr̄ đ auaro. Cūcti dies ei⁹
pleni ſunt doloribus et erūpnis: nec ꝑ noctē mēte req=
eſcit. Nō ſunt ſine cruciatu: q̄ in ſpinis viciorū iacent.
Matth. 7. Nunqđ colligunt de ſpinis vuas/ aut de tri
bulis ficus? Nō ſunt ſine cruciatu/ q̄s vermis ꝯſciē ro=
dit. Hiere. 2. Arguet te malicia tua? Aug⁹. Curre per
ſingula/ et inuenies tot aīe tormēta: q̄t vicia. ¶ Tor=
mentū ſup̄bie eſt q̄ſi ſuſpēdiū. Qui ſuſpēdit ad lignuz
altuz: fune ligat. Sup̄bus vero in vinculo amoris ad
ipſā altitudinē ligat⁹ eſt. Eſt enī ſup̄bia ſcđm Augu.
amor proprie altitudinis. Pōderoſitas corporis q̄ ſu=
ſpēſus inferi⁹ trahit/ qui fune ligatus eſt in alto vl̄ te=
net: eſt ei occaſio doloris. ſic ſup̄bū affligūt īpedimēta
ſue exaltatiōis. ¶ Tormentum vane glorie eſt ꝙ ipſa
amatores ſuos/ vēto detractiōis et adulationis expoſi
tos inq̄etat. Aſcendūt vſqꝫ ad celos: et deſcendūt vſqꝫ
ad abyſſos. modo parui/ modo magni/ modo nulli vi=
dent. ¶ Tormentum ire eſt excecatio. Impedit eniz
ira animum ne poſſit cernere verum. Homo iratus ē
quaſi furioſus. Aliquando manus in ſe inicit. Sapien
tie 16. Homo per maliciam occidit animam ſuam. Ali=
quando aggreditur proximum ſuū/ aliquando deū/ vel
aliquos ſanctos eius blaſphemādo. Ipſe eſt quaſi de=
moniacus ſecūdū illud. 1. regū. 16. Exagitabat ſaul ſpi
ritu: nequaquā a domino. ¶ Tormentum inuidie val
de magnum eſt. Sapiens. Quanta ſunt hominum fe=
licium gaudia: tanti ſunt īuidorū gemit⁹. Inuid⁹ amit
tit qđ alij lucrant. Orati⁹. Inuidia ſiculi non inuenire
tyrāni mai⁹ tormentū. Inuid⁹ alteri⁹ rebus marceſcit
opimis. ¶ Tormentum accidie tantum eſt vt morti
comparetur. Prouer. 21. Deſyderia occidunt pigruz.
Noluerūt quicqꝫ manus eius operari. Tota die cōcu=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

piſcit ⁊ deſyderat. Totus eſt famelicus cum ſit ocioſꝰ. Aures eius eſuriunt rumores / oculi vanitates / gula mane comedere vellet. ¶ Tormentum guloſi magnū eſt. Ipſe patitur quaſi caninū appetitum. Cū non eſurit cibum: eſurit eſuriem cibi. Vētre enī pleno / ſi delicata habeat triſtatur: quia nō habet vel appetitum / vel vacuitatem vētris. Vox guloſi eſt verbum illud eſau. Gen̄. 25. En morior. ¶ Tormentū etiam infirmitatis frequēter vicium gule comitatur. Eccl'. 37. In multis eſcis erit infirmitas. De tormento huius vicij dicit ſapiens quidā. Si videres epulōes velut opimos boues ſtertere et ſudare: intelligeres eos qui maxime voluptates ſequūtur minime aſſequi. ¶ Tormentū luxurie magnum eſt. Voluptas enī huius peccati inter amaritudines incluſa eſt. Procuratio habet afflictionem: et finis feriditatem. Seneca. In voluptate nichil eſt magnificū: nichil quod naturā deo proximam deceat. mēbrorum turpiū miniſterio veniens exitu feda. Amor ſe fatue amantiū: eſt quaſi ignis infernalis eos crucians. ¶ Tormentum cupiditatis et auaritie magnū eſt valde. ſicut patet ex hoc ꝙ veritas diuitias ſpinas vocat. Abel frater fuit Cain: Luctus enim comitatur poſſeſſionem temporaliū. Abel luctus / Cayn poſſeſſio interp̄tatur. Grego. Quid quietiꝰ ꝙ̄ nichil ī hoc mūdo appetere? Quid laborioſiꝰ ꝙ̄ trenis deſyderijs eſtuare? Hic eſt ꝙ iſrael accepit ſabbatum ī munere. Egyptus ꝑcutitur muſcarū multitudine. Sapiēs. Nichil grauiꝰ pōt ip̄recari cuiuis īimico auaritia q̄ in p̄ſenti tormēta patit̄: et ī futuro et̄na ſupplicia meret̄. Iſa. 14. Ponā babilonē ī poſſeſſionē ericij; vt ſcʒ pūgatur. ab his q̄ poſſidet / ſicut tāgens ericiū ab eo pūgit̄. Diuites amatores tp̄aliū extiꝰ videt̄ felices: īteriꝰ tū ſūt miſeri. Seneca. Hoꝝ q̄ felices vocātur: hylaritatis ficta ē et grauis triſtitia: eo q̄dē grauior ꝙ nō licʒ ītdū palā eē miſeros: ſʒ inter erūpnas cor ipſū excedētes neceſſe ē agē felicē.

¶ De periculo mundi. Cap. 8.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

C Irca mundi periculũ nota ꝙ mundus eſt valde periculoſus: propter quod mare dicitur. In pſal. Heu mare magnum et ſpacioſũ. Periculũ huius maris iuxta verbum Bernar. probat trãſeũtium raritas/ et pereũtium multitudo. In mari marſilie/ de quatuor nauibus non perit vna. In hoc mari de quatuor animabus nõ ſaluatur vna. Mirabiles elationes huiꝰ maris. Nũꝗ ẽ ibi trãquillitas: ĩceſſãter flãt ibi vẽti/ et qui in hoc mari perit eternaliter perit. Quaſi locus diluuii eſt mũdus iſte: vbi pauci reſpectu pereuntiũ ſaluãtur. Oſee. 4. Maledictũ mẽdaciũ eſt homicidiũ/ et furtũ/ et adulteriũ ĩũdauerũt. Mundus eſt velut locus peſtilens: declinãt ſapiẽtes loca peſtilẽtia/ maxime quãdo vel egrotos vel egrotandos ſe cognoſcunt. Nõ tãtũ corpori ſed etiã moribꝰ locũ ſalubrẽ eligere debemꝰ. Idẽ. Indubitãter valet ad corrũpẽdũ vigorẽ regio. ❡ Mũdus eſt locus laqueis plenus: quos humilitas ſola euadit. Antonius vidit õnes laqueos ĩimici tẽſos in terra et ĩgemiſcẽs ait. Quis poterit trãſire? Et audiuit vocẽ dicẽtẽ: humilitas: Sapiẽ. 14. Creature dei in odiũ facte ſũt et in tẽtãtionẽ anime hominũ: et ĩ muſcibulã pedibus ĩſipiẽtiũ. Infinite ſũt cauſe pereũdi ĩ mundo. Puniũt homines et bona et mala et pluries bona ꝙ̃ mala. ſcḋm illud Pſal. Cadent a latere tuo mille: et decẽ milia a dextris tuis. Occidũtur homines et ab amicis vt ab ĩimicis. Alii pereũt amore/ alii odio/ alii timore. Si non eſſent in mundo alia pericula niſi excõmunicatorũ/ detractorũ/ et mulierũ: adhuc nimis eſſet. Vix eſt aliquis qui a cõmunicatione excõmunicatorũ plene abſtineat/ vel a detractione. Sup illud prouer. 24. Cũ detractoribus nõ cõmiſcearis dicit gloſa: hoc vicio periclitat̃ fere totũ genus humanũ. Hie. Efficaciſſimũ glutinũ ad capiẽdas alas ẽ mulier. Idẽ. Si femina cum viris habitet: nõ deerit viſcariũ dyaboli. Ex his primo occupatũ eſt pctm̃. Mũdꝰ eſt ſicut fornax babilonica igne ĩfernali ſuccẽſa. Ideo multuz timẽda

ē hoī valde paſſibili q̄ ad ſibilū vni⁹ vbi accenditur: i-gne ire ad aſpectū vni⁹ mulieris igne luxurie/ ad itu-tū vni⁹ rei precioſe/ igne cupiditatis et auaritie. Cum peccatū ſit morbus cōtagioſus: fugiēda ē ſocietas ma lorū. Nō ē tutū ſano/ cū leproſis habitare. Eccľ. 3. Qui tetigerit picē: iquinabitur ab ea. et qui cōmunicabit ſu pbo iduet ſupbiā. 1. ad cor. 15. Corrūpūt bonos mores colloquia praua. Siľr et opera mala. Qui cū ſapienti-bus graditur: ſapiens erit/ amicus ſtultorū ſimilis effi cietur. Prouer. 13. Qui vult ire ad ſāctū Jacobū: non ponit ſe in ſocietate corū qui rhomā pergūt. Societas nō ducit niſi quo vadit. Sic qui vult ire ad paradiſuz: declinare debet ſocietatē corū q̄ vadūt ad īfernū. pū. 10. Fili mi ne ābules cū eis/ pedes eorū ad malū cur-rūt. Noluit Jacob habere eſau ſociū itineris ſui. Geñ. 33. Seneca. Cū victor delicatus paulatī eneruat et e-mollit: malign⁹ comes q̄uis cādido et ſīplici rubiginē ſuā affricuit. Eccľ. 12. Quis medebiť ei q̄ cōcātať cuz viro iniquo? Sicut enī nō ē tutū agno habitare cuz lu pōita nec bono habitare īter malos. Eccľ. 13. Sicut cō municabit lup⁹ agno aliquādo: ſic peccator iuſto. Phi loſophus īterrogatus q̄d eſſet īimiciſſimū hoī: rñdit al ter hō. Magis timēdū ē eſſe īter malos q̄ īter lupos: q̄tū ad hoc q̄ lupus vno mō lederet. venīēti vero inter malos timēdū ē ledere et ledi/ et videre/ et videri/ au dire/ et audiri/ occidere et occidi. Uidere fuit Dauid occaſio ⁊ adulterii/ et homicidii. Berñ. Detraheř aut detrahētē audiř: quid horū dānabili⁹ nō facile dixeri. Uideri eſt multis occaſio vt bona ſua amittāt. Mulie ribus formoſis videri eſt occaſio vt cōcupiſcātur: et ſollicitate fornicentur. Seneca Nemo noſtrum ferre poteſt impetū viciorum: magno impetu venientiū. Si modicum fermenti totam maſſam corrumpit. Cor. 5. quāto magis multū fermēti eam corrūpet? Ualde dif-ficile eſt bonis/ ſi ſint inter malos cum ipſi pauci ſint et habeant aſcendere/ contraire multitudini malorum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

q̄ q̄ſi īfinita eſt et īpetuoſe deſcēdit. Jdeo multū eis ne
ceſſe ē elōgari ab eis. Eccl'.4. Ne coner ꝯ ꝯ ictū fulmis.

¶ Jncipit ſecūda pars hui⁹ libri que tātū ꝑtinet
vnum cap'm: in quo īcitat ad gaudēdū de muta-
tione ſtatus ſecularis in ſtatū religionis.

Quē dei miſericordia de mūdo eduxit ſi dili
gēti ꝯſyderatiōe predicta attēdat: ꝯſeqns
eſt vt de cōmutatione facta nō peniteat/
ſed v alde gaudeat. Utilis ꝯmutatio trāſe-
unti de tenebris ad locum luminis. Eccle-
ſiaſtes.11. Dulce lumen et delectabile oculis videre
ſolem. Utilis commutatio cum mūdus fallax pro deo
fideliſſimo deſeritur: cum bona tēporalia modica ī bre
ui amittenda / meliorū īpeditiua pro maximis ī eternū
māſuris relinquūtur. Utilis tranſitus de loco preſſure
et labor ꝯ: ad locū pacis et q̄etis. Johā.16. Jn mūdo p̄ſ-
ſuram habebitis: in me autem pacē. Math.11. Uenite
ad me ⁊ ōnes qui laboratis/onerati eſtis. ⁊c. Nō habēt
pacē amatores mūdi: qui mala pene fugiunt que nō ef-
fugiunt/et bona fugientia ſequūtur. Utilis commuta-
tio a loco pleno periculis: ad locum ſecuritatis. Qui
de mundo tranſit ad clauſtrum bene ordinatum/gau-
dere debet: ſicut illi qui per arcam a periculo diluuij
fuerunt liberati: et ſicut loth ab incēdio ſodomorū ſal-
uatus fuit/et ſicut filij iſrael gauiſi ſunt cū ſeruitutem
pharaonis et exercitum eius euaſerūt/et ſicut pueri a
fornace ignis babilonica fuerūt liberati. Qui mūdum
pro deo reliquerunt/ſi id pro quo reliquerūt/ viderēt:
non peniterent/nec ſe deceptos eſſe crederent. Dictū
eſt de niuiue que tenet figuram mundi. Qui viderit
ter eſiliet a te. Prouer. vltio dictū eſt de muliere forti.
Guſtauit et vidit quoniā bona eſt negociatio ei⁹. Ma-
thei.13. Simile eſt regnum celorum theſauro abſcon-
dito in agro: quem qui inuenit homo abſcondit et pre
gaudio illius vadit et vēdit vniuerſa que habet et emi
agrum illum. Qui nunc triſtatur labore et malorum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

perpeſſiõe regnũ cmẽdo: gl'iabit͡ illo obtẽto. Prou. 20.
Malũ ẽ malũ dicit oĩs ẽptor ⁊ cũ r͡ ceſſerit tũc gl'iabit͡.

¶ Incipit tertia pars primi libri que monet vt educt⁹ de ſeculo / nec corde / nec corpore ad ſeculũ r͡deat. In cui⁹ pmo capl'o oſtẽdit͡ ꝙ redit⁹ ad ſeculum multum ſit timendus. Cap. 1.

Multũ timẽdũ ẽ ei / quẽ dei bõitas de ſeculo eduxit ad illud redire corde vel corpore: ante profeſſionẽ vel facta profeſſione. De reditu poſt profeſſionem: hoc patet. Qui ei ſic ad ſeculum redit: a deo recedit et perit. Aug⁹ in libro ſoliloquiorum. Deũ quẽ relinquere: hoc eſt que perire. iſte receſſus a deo multum habet confuſionis. Hiere. 17. Dñe õnes qui te derelinquũt nõ cõfundentur. Uere cõfuſione dignus eſt / qui eum reliquit timore mali / in quo nihil habetur mali. Eccleſiaſtes. 8. Qui cuſtodit preceptũ: nõ experietur ꝗcꝗ̃ mali. Quod alii eſſet malũ ei eſt bonum. Dignus etiã eſt cõfuſione: qui ei preponit aliquid bonum: in quo oĩ bonum / et quo amiſſo nullũ retinetur bonum. Exo. 33. Dixit domin⁹ Moyſi. oſtẽdã tibi õne bonũ. Omne bonum: eſt deus / et illo amiſſo õne bonũ amiſſum eſt. Oſee 8. Proiecit iſrael bonũ. Bonũ vniuerſaliter proiicit: qui deum deſerit. Seneca. Nihil eſt homini bonum: ſine ſe bono. Cum deo bene eſt homini: ſine ipſo non. Iſa. 3. Dicite iuſto quia bene Auguſtinus. Tale bonũ eſt deus: vt nemini eum deſerenti bene ſit. Uere confuſione dignus eſt qui eum relinquit a quo exiſtit: et qui eum redemit. Deut°. 32. Deum qui te genuit dereliq̃ſti et oblitus es domini creatoris tui. Eccl'. 30. Ingratus ſenſu dereliquit liberantem ſe. Uere confuſione dignus eſt: qui peſſimum dominum optimo preponit. Iohã. Dixit petrus domino querenti a diſcipulis an vellent abire. Domine ad quẽ ibimus? Malicia domini ad quem itur cũ a deo receditur: multũ deberet cohibere a receſſu ab ipſo. Maxime ĩ futuro a deo cõfũdẽt͡



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ꝙ a deo recedũt: quin manifeſtũ erit toti mũdo ꝙ ipſi ſunt qui dixerũt deo. Recede a nobis. Job .i. Tunc deus relictus ab eis reddēs eis vicē dicet eis. Diſcedite a me qui operamini iniquitatē. In pſal. 2. ꝛ Math. 7 Eiuſdē. 25. Diſcedite a me maledicti in ignem eternũ. Diſceſſus iſte a deo multũ prouocat eius īdignatioēȝ: cum miſer vermiculus dominuȝ maieſtatis ſine culpa eius dimittit. Solēt magni domini ſeruitores ſuos aliquādo dimittere: ſed dei benignitas ſeruiētes ſibi non demittit niſi eũ demittāt. Aug⁹. Nemo te amittit niſi qui te dimittit. Magnitudo diuīe īdignationis aliquādo ex hoc apparet: ꝙ deus dimittit apoſtatas in tanta miſeria eſſe ī hoc ſeculo. Hiere. 42. Cōflabitur īdignatio mea ſuper vos cũ ingreſſi fueritis Egyptũ. Apoſtate ſunt arbores infructuoſe bis mortue. in canonica iude. Mundo moritur quis/ cũ de ſeculo egreditur: deo moritur cum ad ſeculũ reuertitur. Fructũ ſeu vtilitatē vite qua mũdo viuitur amiſit in monaſterii ingreſſu: inutilitatē vite qua vtitur deo in egreſſu: et ſic factus eſt homo inutilis. Juxta illud Prouẽ. 6. Homo apoſtata: vir inutilis.

¶ Q; multa ſũt reditũ ad ſeculũ diſſuadentia. Sap. 2.

r Eligioſus cui tēptator ſuadet vt ad ſeculum redeat: iſta ad ſui ſtabilimentum attendere debet.

¶ Saluator Lazarum ad vitam ſeculi reuerſuruȝ plorat. 11. Qui non plorauit moriturum: plorauit ad ſeculum reuerſurum. Magis expediret aliquibus mori/ ꝙ̄ ad ſeculum reuerti. quia iuxta verba Senece. Maius eſt periculũ male viuendi: ꝙ̄ cito moriēdi. Itē ſaluator iudeis ſuadētibus vt de cruce deſcēderȝ nullaten⁹ acqeuit: neꝙ̄ mot⁹ pietate matris cui⁹ aīaȝ gladi⁹ paſſionis pertrāſibat: neꝙ̄ ꝓmiſſiōe iudeorũ qui dicebāt ſe in eũ credere ſi deſcēderet de cruce. Saluator etiā poſtꝙ̄ de mũdo receſſit licet aliquibus bonis ad cōfirmādā fideȝ reſurrectionis apparuerit: mũdo tñ īmiſcere ſe noluit.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Multũ timẽdũ eſt ei qui acquieſcens angelo magni cõſilii terrena dereliquit: derelicto eius conſilio in conſilio ĩpiorũ abiit/ et ad ea redire que reliquit. Prouer. 1. Deſpexiſtis omne conſiliũ meũ ꝛc. Ego quoq; in interitu veſtro ridebo. In pſal. Beatus vir qui nõ abiit in cõſilio ĩpiorũ. Infelix vero qui abiit. Itẽ multũ terrer̃ dꝫ illũ qui penitet ꝙ terrena pro celeſtibus reliquit. quod legitur in vita beati Johãnis euãgeliſte de duob⁹ fratribus perſonis honoratis: qui audita eius predicatiõe ſuas poſſeſſiones vẽdiderũt et pauperibus diſtribuerunt. Qui cum quadã die viderent ſeruos quos habuerunt diuites/ ꝛ in habitu precioſo: ſe aut egẽtes et ĩ habitu vili: contriſtati ſunt de hoc quod fecerat. Quo cognito/ Johãnes virgis ſylueſtribus in aurũ cõmutatis et lapidibus coĩb⁹ mutatis in lapides precioſos: dixit. Ite et redimite vobis terras quas vẽdidiſtis. Et ſuſcitans quendam iuuenem qui mortuus efferebatur: fecit ꝙ ipſe illis fratribus annunciaret quantam gloriã amiſerant et quantam penam incurrerant. Colũba compto ꝙ diluuium non ceſſaſſet ad arcam rediit. Geneſis 8. Cum ergo diluuium peccatorum in ſeculo inceſſanter ſit/ non videtur eſſe columbe celeſtis illuc redire volentis: ſꝫ potius corui infernalis. Coruus ab arca emiſſus non legitur ad arcam fuiſſe reuerſus. Quem ſpiritus dei in clauſtri deſertum duxit: credere debet ſpiritum malignum eſſe qui reditum ad ſeculũ ei ſuadꝫ: quia ſecundum verbum Bernardi. Spiritusſanctus q̃ adduxit non reducet: cum non ſit in eo eſt et non. Angelica ammonitio eſt ad Loth facta. Noli reſpicere p⁹ tergum tuum: nec ſtes in omni circa regione: ſed in mõte ſaluum te fac. Reſpiciens autem vxor eius poſt ſe conuerſa eſt in ſtatuam ſalis. Geneſis. 19. Statua eſt corpus ſine ſpiritu: ſimilitudinem habens hominis non veritatem. Sic reſpiciens ad ea que reliquit: ſimilitudinem habet religioſi non veritatem. Corpus habet in clauſtro/ cor in mũdo. ſic ſit quedã ſtatua:



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Hoc exemplo vtitur ſaluator. Luce. 17. dicēs. Memē-
tote vxoris Loth. Eiuſdem. 9. Nemo mittens manum
ad aratrum et aſpiciēs retro: aptus eſt regno dei. Filii
iſrael de manu Pharaonis liberati/ pertranſito ma-
ri rubro non redeūt in egyptū: ſed de ſua liberatione
exultāt et laudāt ſuū liberatorē. exo. 15 Quod fatue egiſ
ſent: ſi in egyptum rediſſent. Geñ. 26. Ne deſcēdas in
egyptum. Hie. 42. Nolite intrare in egyptū. Magi di-
uinit⁹ edocti ad Herodē non redierūt/ ſaluatoris ho-
ſtē. Joſeph etiā timuit redire ad locū vbi audiuit regna-
re Archelaū. Math. 2. Sic timēdū eſt ei qui propriam
ſalutē deſyderat redire ad mūdū: vbi ſathanas aduer-
ſari⁹ ſalutis īter ſeruiētes ei⁹ regnat et habitat. Apo.
2. Scio vbi habitas/ vbi ſedes eſt ſathane.

¶ De his q̄ valēt ad ſtabilimētū viri religioſi. Cap. 3.

Q Uatuor multū poſſūt valere ad ſtabiliēdū noui-
ciū in religione. ¶ Primū eſt timor cōfuſionis:
Secūdum eſt timor periculi. Tertiū amor proprie ſa-
lutis. Quartū eſt ſpes adiutorii. ¶ Circa primū notan
dum ꝙ raro eſt reditus ad ſeculū ſine cōfuſione. Vix ē
qui rediens incurrat notā leuitatis: vel verecūdie/ ti-
miditatis/ vel alicuius iniquitatis. Leuitati aſcribitur
ꝙ incipit facere: et nō potuit cōſumare. Cum leuitate
etiam notatur de fatuitate: que leuitatem comitatur. Ec-
cl. 27. Stultus vt luna mutatur. Seneca. Stultitia eſt
cui nihil cōſtat: nihil diu placet. Stulti quod nō habēt
cupiunt; quod habēt faſtidiūt. Econtrario eſt de ſapiē-
te. Seneca. Quid eſt ſapientia? eſt idem velle ſēp atq;
nolle. Non poteſt cuiq; ſemper idem placere niſi rectū.
Sapientiam nō vicit malicia. Sapie. Non eicit tēpta-
tatori ſapiētē de clauſtro. Prouer. 3. Stabiliūt celos
prudentia. Per eam viri celeſtes ſtabiliuntur. Non eſt
ſine ignominia: cū pugil fugit extra locū certaminis. Vi-
ctus enī reputatur. Locus certaminis eſt clauſtrū. Dū in
clauſtro manet aliqua adhuc ſpes habetur de ei⁹ victo-
ria: etiā ſi hoſtis ei aliqñ preualeat: qꝛ victorē a victo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſuperari ſepe videmus. Eccl. 10. Si ſpiritꝰ poteſtatē habentis aſcenderit ſuper te locum tuum ne dimiſeris. Non eſt ſine cōfuſione cū aliquis ſolus fugit de pͣlio aliis remanētibus pugnātibus et vincentibus. Raro aliquis clauſtrū deſerit qui nō priꝰ deū deſeruerit: et ab eo deſertus ſit. Solet ſequi receſſum a deo timor irrationalis. In pſal. Trepidauerūt timore/ vbi nō erat timor. Habuit Cain caput tremulū poſt peccatū. Comminatus eſt dominus tremorē iſtū iudeis: ſi ab eo peccando recederent. Leuit. 26. Terrebit eos ſonitus folii volantis: et ita fugiunt quaſi gladiū. Prouͦ. 28. Fugit impius nemine perſequēte. ¶ Nota etiā ꝙ qui de religione ad ſeculū redit aliquā iniquitatē habuit: que eum quieſcere non permiſit. Sicut pūctiones muſcarū vel ſpinarū iumētū diſcurrere faciunt: ſic punctiōes viciorū animū iſtabilē reddūt. Treno. 10. Pctm̄ peccauit hirl'm propterea inſtabilis facta eſt. Iſa. 57. Cor impii quaſi mare feruens quod quieſcere non poteſt. Spiritus rationalis qui nobilis eſt in lecto ſordide conſcientie quieſcere non poteſt. Ideo qui ad religionem ītrat debet facere cōfeſſionē generalē: et exēplo Dauid lauare per ſingulas noctes lectū ſuū: vt in eo cū deo qͣeſcere poſſit: et ſic ſtabilis eſſe poterit. Iob. 11. Si iniqͣtatē que eſt in manu tua abſtuleris a te et nō manſerit in tabernaculo tuo iniuſtitia tua/ tunc lauare poteris faciē tuā abſ꜒ macula et eris ſtabilis. Timor periculi multū valere poteſt ad ſtabiliēdū nouiciū in religione. Mundus iſte igne infernali ſuccēſus eſt/ ſcꝫ ire cupiditatis/ auaritie/ vel luxurie. Et ideo cū īdignatiōe ēpellenda eſſꝫ ſuaſio: qua dyabolus ſuadet reditū ad ſeculū. Bern. Domꝰ ardet ignis inſtat a tergo et tu mones non egredi vel iam egreſſum regredi. Perditionis filius eſſe videtur/ qui iam eſt in loco ſalutis et ad locum periculi redit. Iohā. 17. Nemo ex eis periit niſi filiꝰ pditionis. Talis periculum ſuum videtur amare: vnde non eſt mirū ſi in illo pereat. Eccl. 3. Qui amat piculū

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in illo peribit. Timor huius periculi eſt quaſi clauus configens carnalem affectum. ne in eo ſtimulante rede at nouicius ad ſeculū. In pſal. Cōfige timore tuo carnes meas. Itē eſt quaſi pondus comprimendo retinēs: ſicut aſſeres lapidū ponderoſitate retinentur in tectis domorū. Eccl. 25. timor dei ſuper omnia ſe ſuppoſuit Eiuſdem. 27. Si non in timore domini tenueris te inſtanter cito conuertetur domus tua. Spes etiam multum valere poteſt ad ſtabiliendū nouiciū. Eſt enī quaſi anchora conſeruans ne vehemētia tēptationis a deo euellatur: et ad ſeculum reuertatur. Hebre. 6. dicitur de ſpe. Quam ſicut āchorā habemus aīe tutā ac firmā. Aug⁹. Noli abrūpi ab anchora: anteꝗ̄ intres portum. Fluctuat nauis in anchoris: ſed non longe a terra proiicitur. Conatur dyabolus deiicere nouicium: diffidētia vel deſperatiōe/ cōtinuitate vel vehemētia tēptatiōis: vel diuturnitate clauſtralis laboris. Sed diuturnitati laboris apponenda eſt eternitas mercedis. Aug⁹. Si labor te terret: vide mercedē. Diuturnitas quodāmō facit vt leuius ſuſtineatur ratione conſuetudis: que diuturnitatem ſeqt̄. Optima forma viuēdi eligenda: quā iocundam reddet aſſuetudo vehementie. Vel cōtinuitati reſiſtit ſpes diuini auxilii et adiutorii. In pſal. Domin⁹ protector vite mee: a quo trepidabo? Dn̄s ē ī circuitu populi ſui: quaſi murus defēdēs eum. Vehemētia etiam temptationis eſt occaſio vt facilius ſuſtineatur: qui ad hoc facit vt gratia augeatur. i. cori. 10. Fidelis deus eſt qui non patietur vos tēptari ſupra id quod poteſtis/ ſed faciet etiā cū tēptatione prouētū. i. gratie augmentum vt poſſitis ſuſtinere. Fiducia etiā eſt habenda in ſuffragiis ſanctorū et adiutorio fratrū. Et notandū eſt ꝙ deus iuuat ſeruos ſuos ſecundum ꝙ ipſi habent ſpem in eo. Brn̄. Quatenus in bonis domini fiducie pedem porrexeris: eatenus poſſidebis. Treno. 3 Bonus eſt dominus ſuſpirantibus in ſe. In pſalmo. Sperantem autem ī domino miſericordia circūdabit.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Hiere.17.Benedictus vir qui confidit in domino: et erit dominus fiducia eius.et erit tanq̃ lignũ quod trãſplãtatur ſuper aquas quod ad humorẽ mittit radices ſuas et nõ timebit cũ venerit eſtus ſcȝ vehemẽtis temptationis. Eccl'.11. Confide in deo: et mane ĩ loco tuo. Facile eſt in oculis dei ſubito honeſtare pauperẽ.i. ditare pauperem. Amor proprie ſalutis poteſt multũ valere ad ſtabilimẽtum nouicii: ſicut radicatio arboris facit ad eius ſtabilitatẽ. Eccl'.24. Radicaui in populo honorificato. Populus honorificatus eſt cetus ſeruorum dei/ĩ quo aliquis radicatur cum expulſo amore ſeculi introducitur amor dei et ſui et proximi. Amor ſeculi expellitur cum diuitie et delicie et mũdi honores cõtẽnũtur. Ad contemptum diuitiarũ pertinet votũ paupertatis: ad cõtẽptũ deliciarũ votũ cõtinẽtie/ad contẽptũ honorũ humilitas obedientie. Non introducitur amor verus: niſi expellatur amor vanus. Aug' ſuper epiſtolam Johannis. Si mundi amor habitet: non eſt quo dei amor intret. Sapientie.4. Adulterine plãtationes non dabunt radices altas/nec ſtabile firmamẽtuȝ collocabunt. Adulterine plãtationes ſunt de quibus dicitur Jacobi.4. Adulteri: neſcitis q amicitia hui' mũdi inimica eſt deo: Amor dei/amor ſancte ſocietatis ⁊ amor proprie ſalutis multum poſſunt valere ad ſtabilitatem nouicii. Funiculus triplex difficile rumpitur. Eccl'.4. Amore ſaluatoris debet eſſe affixus cruci religionis qui ad religionẽ venit. Clauo noſtri amoris potius fuit Chriſt' affix' cruci ſue q̃ clauis ferreis. Sicut oſtiũ ſepulchri Chrm̃ nõ potuit ĩ eo teneř: ſic nec claui ferrei eũ ĩ cruce tenuiſſẽt ĩuitũ ſȝ clauo nr̃i ãoris tenebař. Sic ãor Chriſti nouiciũ ĩ ř ligiõe dȝ retineř. Amor etiã ſctẽ ſocietatis dȝ eũ retinere. In pſal. Ecce q̃ bonũ ⁊ q̃ iocũdũ habitare fr̃es ĩ vnũ. Prouẽ.18. Frater qui iuuař a fr̃e q̃ſi ciuitas firma. Debil' q̃pugnat cũ forti. Uelle ſuperari: videř ſi poti' eligat eſſe iter eos q̃ nocẽt: q̃ iter eos q̃ adiutoriũ p̄bẽt. Amor etiam ꝑprie ſalutis debet



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eum retinere amor iſte debet eſſe magnus in homine: cum in bruto tantus eſſe videatur. Ex amore ſalutis eſſe videtur ꝙ ouis lupum naturaliter fugit: et canis ſi ī aquā ceciderit natando ad littus tendit. Item auis ſagaciter cauet laqueum et declinat lapidis ictū. et ſi ceciderit in laqueum ad ſui liberationē conatur. Bern. Pudꝫ hoc rationē nō poſſe ī homine: quod natura poteſt ī volucre. Ad idem mouere debet amor qui habet ad ſanitatem corporis. Augꝰ. Cū gaudio debet facere īmortalis futurꝰ: quecūqꝫ faceret pro differenda morte moriturus. Item ad hoc īcitare debet amor quē deus et āgeli habent ad ſalutē noſtrā. Bern. quid eſt hō quia innocuiſti ei aut filius hominis quia reputas eū? Dē icꝫ mittis ei vnigenitū tuū: immittis ſpiritū tuū promittis vultum tuum: et ne quid ab opere ſollicitudinis noſtre vacet in celeſtibus etiam illos beatos ſpiritus propter nos mittis in miniſterium. Omnes enī ſūt adminiſtratorii ſpiritus. Hebre. i. Marie ad ſtabilitatē valet gratia. Unde legitur de ſpiritu ſācto ꝙ ſtabilis eſt. Sapiē. 7. Hebre. vltimo. Optimū ē gratia ſtabilire cor. Sicut et terra ſi humor defuerit in puluerem redigitur ⁊ a vēto diſpergitur et corpus ſi ab eo ſpiritus receſſerit: efficitur cinis. ſic ſi gratia ſpiritus ſancti nouicio defuerit: ad modū pulueris fit inſtabilis. In pſal. Non ſic impii nō ſic/ ſed tanqꝫ puluis quē ꝓiicit ventus a facie trē. Item frequenter et deuote debet inuocare ſpiritum ſāctum vt confirmet quod in eo operatus eſt.

¶ Incipit quarta pars huius libri que monet religioſū vt nihil mūdi retineat. ¶ Qualit̄ īrās religionē nihil mūdi debet retinere. Cap. i.

Cauēdū ē oīmode illi qui mundo derelicto ad religionem venit: ne aliquid mundi retineat. Primo vt deus eum totuꝫ habeat. Secundo ne pro modico maxima amittat. Tertio vt pacem cordis habeꝛ valeat. Si aliquid mūdi retinet priceps mundi aliq̄

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in eo habet: et non eſt totus dei. Uult chriſtus principē mundi nichil habere in ſeruis ſuis: ſicut in ipſo nichil habuit. Johā. 14. Uenit princeps mūdi huius et in me non habet quicq̄. Math. 6. Nemo pōt duob⁹ dn̄is ſeruire. Chriſtus ſeruis ſuis ſufficiētiſſim⁹ eſt: ꝛ ꝓtector/ et prouiſor/ ꝛ vere remunerator. Nimis eſt cupid⁹: cui non ſufficit de⁹. Nō ſentit de dn̄o in bonitate: qui credit ꝙ ipē/ vel nolit vel nō poſſit prouidere ſeruis ſuis. Uerecūdiā ei facit qui ī parte dyabolo ſeruit: timēs ne ſi do taliter ſeruiret neceſſaria habere nō poſſet. Hiero. Non habet chriſtus vnde alat pauperes ſuos? Ualde fatue agit qui pro deo mundum reliquit quādo aliquid retinuit: pro quo deū amittit. Ipſe ſimilis eſt homini negociatori querēti bonas magaritas: qui īuēta vna precioſa margarita vēdit omnia que habet et emit eam: eā vero emptam pedibus conculcat et pro nichilo dat ad cumulum etiam fatuitas facit ꝙ quotidie ieiunijs/ vigilijs et orationibus non ceſſat eam emere: cum tamē ī tali ſtatu nullo modo poſſit eam acquirere. Cum dominus eum de naufragio ſeculi eripuerit et quaſi in loco tuto ſcilicet in naui religionis poſuerit: ipſe furtiue in naui aquam ponit in qua ſe ſubmergit. De illo videt̄ poſſe dici ſicut dixerunt barbari de paulo a naufragio maris liberato. cum in manu ei⁹ vipera ahdeſiſſet Utiq̄ homo hic homicida eſt qui cum euaſerit de mari vltio diuina non ſinit eum viuere. Actuū. 28. Talis de loco ſalutis facit ſibi locum perditionis. Cum ſit mortuus timet tamen fame mori: niſi aliquid proprium habuerit. Si iuxta verbum Senece/ mōſtro ſimilis eſt auaritia ſenilis: quid dicēdū eſt de auaritia hois iam mortui cui vnū eſt optādū et querendum ſcilicet vita eterna? Coloce. 3. Mortui enim eſtis. Cum quidam fenerator abbati arſenio reliquiſſet magnā hereditatem et delatum fuiſſet teſtamētū: ipſe ait. Ego prius mortuus ſum ꝙ̄ ille: quomodo me facit heredem Et remiſit teſtamentum: nichil accipiens. ¶ Qui ad

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

religionem venit pacem nõ habet ſi aliquid mundi re‑
tinuerit: ſicut nec ille qui in ſinu ſuo ſpinas abſcõdit.
Seneca. Proice que cor tuum laniãt/ que ſi aliter ex‑
trahi non poſſent: cor ipſum cum eis euellẽdum erat.
Quidam frater renuntians ſeculo et ſua dãs paupe‑
ribus: venit ad abbatem anthonium: quedam tamen
ſibi retinuit. Et cum hoc cõperiſſet anthonius dixit ei.
Si vis monachꝰ eſſe vade cõpara tibi carnes et impo‑
ne corpori tuo nudo: et ſic venit ad me. Qui cũ hoc fe‑
ciſſet: tã canes ꝙ aues corpꝰ eius ꝓpter carnẽ rapiẽdã
dentibus et vnguibꝰ dilacerauerũt: et ſic dilaceratꝰ ve
nit ad abbatem anthonium. Cui abbas anthonius ait.
Quicunqꝫ renunciauerit ſeculo et vult adhuc habere
pecuniam: ſic a demonibus lacerabitur.

Que debet reliq̃re ille qui ĩtrat religionẽ. Cap. 2.

o Mnia relinquere debet: qui venit ad religionem.
Math. 19. Ecce nos relinquimꝰ oĩa. Berñ. Oĩa
relinquerũt apl'i: nõ tãtũ poſſeſſiones/ ſed etiã cupidi‑
tates/ et eas maxime. Plus enim mũdi concupiſcẽtia
nocet ꝙ ſubſtantia. Et hec fugiẽdarũ diuitiarũ cauſa
precipua eſt: quia vix aut nũꝙ abſqꝫ amore valent poſ‑
ſideri. Limoſa ſiquidẽ et glutinoſa nimis nõ tãtũmodo
exterior/ ſed etiã iterior ſubſtãtia nr̃a q̃ videri nõ põt:
et facile cor hũanũ oĩbus q̃ ꝯtrectat adheret. Religio‑
ſus ſi habuerit propriũ: non habebit deũ. Augꝰ. Ego ꝑ
auaritiã meã non te amittere volui: ſꝫ volui tecũ poſſi‑
dere mendaciũ et te amiſi: q: nõ dignaris cũ mendacio
poſſideri. Relinquere debet religioſus nõ ſolũ ſua: ſed
etiã ſuos ⁊ ſemetipſũ. De pr̃io dr̃ Luce. 14. Oĩs ex vo‑
bis qui nõ renũciauerit oĩbus q̃ poſſidet: nõ põt meus
eſſe diſcipulus. De ſcdõ. Math. 10. Qui amat patrem
aut matrẽ plus ꝙ me nõ eſt me dignꝰ. Luce. 14. Si quis
venit ad me et nõ odit patrẽ ſuũ et matrẽ ⁊c. nõ poteſt
meus eſſe diſcipulus. De tertio Math. 16. Si quis vult
poſt me venire/ abneget ſemetipſum. Semetipſũ abne‑
gat qui ſeipſo quodãmodo ſe exuit ꝓpriũ ſenſum et

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

voluntatem deponendo: et ſenſum et voluntatem alterius aſſumēdo. ſicut fecerat paulus qui dicebat. Uiuo ego iam non ego: viuit vero in me chriſtus. ad Gal. 2. Item ſe abneget: qui ſe ſuū nō reputat ſed chriſti: ad cuius volūtatem vult operari. 2. cor. 5. Pro omnibus mortuus eſt chriſtus: vt qui viuāt iam ſibi non viuant ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt. Bern. Cui iuſtius michi viuendum: q̄ ei qui ſi non moreretur nō viuerem? Juſte ſibi vendicat vitam meam qui pro mea poſuit ſuam. Hiero. Perfectus chriſti ſeruꝰ nihil preter xp̄m habet: aut ſi habet aliquid p̄ter chriſtū / perfectꝰ nō eſt. Cauendū eſt ei qui ad religionem venit: ne ſub habitu regulari animum ſecularem gerat. Bern. Attēde ſollerter quid diligas quid ue metuas / vnde gaudeas aut triſteris et ſub habitu religionis animum ſecularem: et ſub pannis conuerſionis inuenies cor peruerſum. Et ſubdit. Conuertatur amor tuus vt nichil omnino diligas niſi deum aut certe propter deum. Cōuertatur ad ipſum etiam timor tuus: quia peruerſus eſt timor omnis quo metuis aliquid preter deum et nō propter deum. Sic et gaudium tuum et triſtitia tua: eque cōuertantur ad eam. Hoc autem ita fiat vt non niſi ſecundū eum doleas aut letaris. Furata eſt rachel idolum laban. Geñ. 31. Idolum religioſi eſt omnis res tranſitoria / que in amore eius deo preponit̄ vel equat̄. Scrutabitur chriſtus virum religioſum: ſed eius ſcrutiniū multum erit diſſimile ſcrutinio laban. Scrutabitur enī non ſolum exteriora: ſed etiam interiora. Sopho. 1. Scrutabor hieruſalem in lucernis. Non ſolum in lucerna: quia non ſolum exteriora videbuntur: ſed etiā cordium abſcondita. Prouer. 28. Sapiēs ſibi videtur vir diues proprietarius ſcʒ qui diuitias furtiue habet ī religiōe: pauper aūt prudēs ſcrutabit̄ eū / xp̄s ſcilicet.

Q; furtum proprietarij ſit valde deteſtabile Cap. 3.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

V Alde deteſtabile eſt furtū proprietarij: qui furtum committit inter bonos: quod cauebat inter malos furtum committit ī ſacro loco/ quod cauebat in ſeculo. Furtum ibi committit religioſus/ vbi timet illud committere ſecularis. Hoc peccatum multum offendit deum et magnum zelum debet habere contra illum qui religioni preeſt et etiam congregatio ſicut oſtenſum eſt Joſue 7. in peccato achor qui contra domini prohibitionem de anathemate hierico retinuit furtiue: pro quo dominus non ſolum illi ſed etiam populo ſe offenſum oſtēdit/ nec placari potuit donec reꝰ furti illius a populo lapidatus fuit. Idem oſtenſum eſt tempore gratie in anania et ſaphira: qui morte ſubitanea occiſi ſunt/ cum illud quod debebat eſſe commune furtiue ſibi appropriaſſent. Actuū. 5. Item oſtēſum eſt tempore beati Gregorij: vt ī dyalogo eiꝰ habet᷑. Quidam frater in eius monaſterio qui medicus erat in infirmitate poſitus morti propinquus: fratri ſibi ſeruiēti reuelauit ꝙ haberet tres aureos occultos/ qđ fratribus celari non potuit. Et perſcrutantes omnia eiꝰ medicamenta: eoſdem tres aureos inuenerūt in medicamine abſconſos. Quod cum nunciatū eſſet Gregorio: noluit parcere quin et infirmū ꝛ mortuū puniret. In infirmitate ſubſtraxit ei viſitationem fratrū: et ī morte eius voluit corpus eius non poni cū corporibus fratrum et tres aureos voluit cum eo ſepeliri omnibꝰ fratribus ſimul clamātibus. pecunia tua tecum ſit in perditionem. Exemplo ſuo his que preſunt in religiōe voluit oſtendere: quantū zelū cōtra hoc peccatū debeant habere. Hoc peccatū deſtruit fundamentū religionis ſcilicet paupertatem ſpiritus: qua ſaluator legē nouam tradendo primo cōmendauit Math. 5. Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum celorum.

Primi libri eruditionis religioſorum Finis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Incipit ſecũdus liber eruditionis religioſorum qui ordinat ꝓpriũ corpus religioſi: ⁊ continet tres ꝑtes. ¶ In prima parte oſtẽdit ꝙ corpus noſtrum eſt diſciplinabile. Et agitur de diſciplina in communi Cap. i.

In parte precedẽti oſtẽſum eſt quõ ille qui mũdum reliquit ⁊ ad religionẽ venit debeat ſe habere ad mũdũ. ĩ hac ꝑte oſtẽdẽdum eſt quõ ſe debeat habere ad corpus propriũ. Inimicatur mũdus deo et ſeruis eius ſcḋm illud Johannis 15. Si mũdus vos odit: ſcitote quia me priorem vobis odio habuit. Corp⁹ etiam inimicatur ſpiritui: ſecundum illud gal'. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ. Hoſtes iſti diſſimiles ſũt. Inimicitie mũdi ſũt ĩplacabiles: et habꝫ mũdus pugnatores innumerabiles: ideo expedit ſeruis dei hoſtem iſtum fugere. Alium vero hoſtem ſcilicet corpus non poſſunt fugere vl' fugare: nec licet eis illud perimere. Neceſſario enim habẽt illud circunferre: quia alligatũ eſt ſpiritui/ et dei ordinatiõe debẽt ei neceſſaria ꝓuidere. ſed diligenti ſtudio et labore ille qui eſt in religione ad hoc debet intendere: vt hunc hoſtẽ in ſeruũ diſciplinatũ et fidelẽ poſſit conuertere. Et notãdum ꝙ corp⁹ ad ſeruiendum ſpiritui datũ eſt. Rebellio corpis ad ſpiritũ non fuit ab initio ſed ex vicio: vnde poteſt corp⁹ in ſeruitutẽ ſpiritus redigi. Redigẽdo vero in pͥcipio eſt moleſtia et difficultas: ſed adiutorio diuine gratie et longa cõſuetudine efficitur vt ibi ſit iucũditas. Unde ſuꝑ illud Math. 11. Jugum meum ſuaue eſt: dicit glo. Quomodo iugũ chriſti ſuaue eſt: cum dicatur arcta eſt via que ducit ad vitam? Sed anguſta eſt: quia nõ niſi anguſto initio incipiꝉ: ꝓceſſu vero tẽporis ineffabilis delectatiõis dulcedĩe dilataꝉ. Et in libro de vita ſolitaria diſtinguntꝉ tria genera hoĩm ex quib⁹ conſtat omnis ſtatus religionis: ſcilicet incipiẽtes/ ꝓficientes/ et perfecti

In ſtatu vero iſtorũ tres gradus diſtinguntur. In cõuerſione incipientis initium boni eſt obedientia: proficientis ſubijcere corpus ſuum et in ſeruitutem redigere: perfecti vſu boni conſuetudinem vertiſſe in delectationem. In eodem. Exordinata natura per peccatum et in conditionis ſue rectitudine exorbitans/ſi fuerit ad deum conuerſa recuperat cito pro modo timoris ⁊ amoris que habet ad deum q̃cũq; ꝑdidit auerſa: et ibi ceperit ſpiritus reformari ad imaginem conditoris ſui mox etiã refloreſcens caro ex voluntate ſua ĩcipit eam delectare quicq; delectat ſpiritui. In eodẽ facillimum et delectabile eſſet adiũcto amoris dei cõdimẽto ſcđm naturã viuere: ſi inſania nr̃a nos ꝑmitteret: qua ſanata ſtatim naturalib⁹ natura arrideret.

¶ Q̃ cura nouicij primo circa corporis diſciplinam debeat eſſe Cap. 2.

n Ouicij cura primo debet eſſe circa corpus: et exterioris hominis cõpoſitionem. Sicut deus corpus adam primo formauit: poſtea ſpiraculum vite in faciem eius inſpirauit. Et ſicut in vtero materno corpus primo formatur: poſt ea rõnalis ſpiritus ei infũditur/ſic informationi et diſcipline corporis debet prio intendere qui nouus eſt in religione. 1. corin. 15. Nõ prius quod ſpirituale eſt. ſed quod animale/deinde quod ſpirituale. Nouo militi xp̄i cui ĩminet forte bellũ/ neceſſarium eſt habere equũ bene edoctum: non lentũ/vel effrenẽ/ vel vmbroſum/ vel aliter vicioſũ: ſ; ſeſſori obedientẽ/laboris et percutionũ patiẽtẽ/ſtrepitũ nõ timẽtem. Prouer. 21. Equ⁹ paraẗ ad diẽ belli dominus aũt ſalutẽ retribuet. Non eſt negligenda ſpiritui corporis ſui cura: per quod etiã in ſtatu culpe differt ab angelo malo. Reconciliabilis enĩ eſt deo per penitentiam: dũ eſt vnitus carni. Geñ. 6. Non permanebit ſpiritus meus in homine ineternũ quia caro eſt. In illo ſolo eſt ſuſceptibilis prime gratie. in illo ſolo eſt locus merendi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Tractando de diſciplina corporis: primo diſciplinã deſcribemꝰ vt agnoſcat. ſcđo: eã ɔmẽdabimꝰ vt ametr. tertio: viã perueniẽdi ad eã oſtẽdemus / ne i acqſitiõe eius inaniter laboretur. q̃rto de eiꝰ ꝑtibꝰ ꝓſequemur.

¶ Quot modis dicitur diſciplina Cap. 3.

C Irca primum notandũ ꝙ nomẽ diſcipline multipliciter ſumitur. ¶ Uno modo dicitur diſciplina quarũcunqꝫ rerum ſcientia: et differt a doctrina in hoc ꝙ doctrina dicitur tantũ in cõparatione ad docentẽ: diſciplĩa vero i cõparatione ad diſcẽtẽ. ¶ Alio modo diſciplina eſt pars iuſtitie qua redditur inferiori qđ debetur. Sicut obedientia eſt pars iuſtitie qua redditur quod debetur ſuperiori/ ſic diſciplina eſt deſyderiũ corrigendi inferiores: et videtur idem eſſe quod zelꝰ: de quo glo. Augꝰ. ſuper illud Zelus domus tue comedit me. Bonus zelus eſt feruor animi: quo mens obiecto timore hũano pro defenſione veritatis accenditur. Eo comedit̃ qui quelibet praua que viderit corrigere ſatagit: et ſi nequit tolerat et gemit. ¶ Aliquando dicitur diſciplina id quod adhibetur ad correctionẽ aliquorum: et ſic accipitur Hebre. 12. Fili mi noli negligere diſciplinam. In eodem. In diſciplina perſeuerate. Item in eodẽ. Si extra diſciplinã eſtis cuiꝰ participes facti ſunt omnes. Ergo adulteri ꝛ non filij eſtis. ¶ Quarto mõ dicit̃ diſciplina effectꝰ diſciplĩe ſũpte. ſecũdo ꝛ tertio modis ſic videt̃ eã deſcribere cyprianus. ¶ Sequit̃ notificatio diſciplĩe ꝓut hic ſumit̃. Et ſubduntur alie deſcriptiões due Hugonis de ſancto victore: quaꝝ prima videtur eſſe ſumpta ex verbis beati auguſtini: vt in capitulo ſequenti patet. Cap. 4.

D Iſciplina eſt morũ ordinata correctio: et maioꝝ patrũ regularꝫ obſeruatio. Itẽ Hugo de ſctõ victore. Diſciplina eſt conuerſatio bona et honeſta: cui parum eſt non malum facere: ſed ſtudet in his que bene agit etiã per cũcta irreprehenſibilis apparere. Hec

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

deſcriptio videtur ſumpta eſſe ex verbis Auguſtini in
regula dicentis. In inceſſu/ ſtatu/ habitu/ et in omni-
bus motib⁹ veſtris nichil fiat qđ cuiuſq̃ offēdat aſpe-
ctum: ſed qđ veſtrā deceat ſanctitatē. ¶ Itē Hugo de
ſancto victore. Diſciplina eſt oīm mēbrorum mot⁹ or-
dinatus: et diſpoſitio decens in ōni habitu et actione.
Berñ. in ep̄lis notificat diſciplinā per effectū his ver-
bis. Diſciplina ceruicē ſubmittit/ ponit ſupercilia/ cō-
ponit vultū/ ligat oculos/ cachīnos cohibet/ moderat̄ lin-
guā/ frenat gulā/ irā ſedat/ format inceſſum. Diſcipli-
na iſta videtur idem eſſe quod modeſtia de qua loqui-
tur Philoſophus. Cuius eſt decorem ſeu decentiam
ſeruare in exteriori conuerſatione/ et eſt decor iſte re
ſpectu aſpectus hominū. Ad cognoſcēdum vero vtrū
aliquid ſit decorum vel decens vel nō attēdēdū eſt/ an
ſit nature conſentaneū: et an ſit dignū perſone que hoc
agit vel cū qua agit̄. Attendendū eſt ad congruentiam
temporis vel loci. Decorū eſt in homine: quod eſt cō-
ſentaneum excellēti nature hoīs. Eſt aliquid indecēs
in hoīe: quod non eſt indecēs in bruto. Itē aliquid eſt
indecens in perſona prelati quod nō eſt indecēs in pſo-
na priuata. Itē aliquid eſt indecēs in religioſo: qđ nō
eſſet indecēs in pſona ſeculari. Itē aliqđ eſt indecens
qꝛ deeſt cōgruētia tpis: ſƺ illud eccl. 20. Ex ore fatui re-
probabit̄ parabola: qꝛ nō dicit eā in tpe ſuo. Rōne etiā
loci aliqđ ē indecēs: vt ī loco ſacro aliqđ ſit idecēt qđ
alibi fieret decēter. ¶ De cōmēdatiōe diſciplīe Cap. 5.

S Equit̄ de cōmēdatiōe diſcipline: quā Hugo đ ſā-
cto victore cōmēdat his ꝟbis. Diſciplina eſt cōpes
cupiditatis: malorū deſideriorū carcer/ frenū laſciuie/
elationis iugum/ vinculū iracūdie: q̄ domat itēperan-
tiam/ leuitatem ligat: ⁊ omnes inordinatos motus mē-
tis atq̃ illicitos appetitus ſuffocat. Sicut ignis extin-
guitur cū premitur et flamma exire nō permittitur: ſic
mētis inordinatio quaſi ſuffocatur. cum per diſcipline
cuſtodiam motus eius foras fluere nō ſinūtur. Deſtrui

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tur naturalis vt⁹: cum diu eſt ꝙ in operatione nō exit: vt viſus amittitur in tenebris. ſimiliter vt⁹ conſuetudinalis deficit ſi in operationes ſuas nō exeat: ex operibus vero ſuis cōſeruatur/ roboratur/ et augetur. Sic vicia animi deficiunt: cū ab operibus ſuis exteriorib⁹ ꝑ diſciplinā rfrenātur. Ad cōmēdationē etiā diſcipline valere poteſt ſi oſtēdatur quātū ipſa virū rligioſū deceat: et quātū ei expediat. Item quātū eius defectus in viro religioſo indecens exiſtat: et quātū ipſi et ꝓximo noceat. Circa primū notādū ꝙ per diſciplinam corp⁹ hūanū brutalē ſimilitudinem exit. Pſal. Hō cū in honore eſſet non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus: et ſimilis factus eſt illis. Bern. Puto iumēta dicerēt ſi loqui fas eſſet: ecce adā quaſi vn⁹ ex nobis factus eſt. Hiero. Qui poſt carnem ambulāt in ventrem et libidinem proni: quaſi irrationabilia iumēta reputantur. Homo ex corruptione nature pronitatem brutalem habet ad delectabilia carnis. Geñ. 8. Sēſus enī et cogitatio cordis hūani in malū ꝓna ſūt ab adoleſcentia ſua. Hec pronitas indecens eſt in corpore humano. Aliter enim ſe debet habere corp⁹ quod regit ſpiritus rationalis: ꝙ̄ illud quod regit ſpirit⁹ ſolus brutalis. Aliter vero ſe debet habere corpus quod regit ſpiritus ſanctus: ꝙ illud quod regit ſpiritus malus. Diſciplina corpus humanum quaſi ad ſtatum innocentie reducit dum illud ſubiectum et obediens ſpiritui reddit. Sicut corpus aliter diſpoſitum congruit ſpiritui in ſtatu glorie ꝙ̄ in ſtatu gratie: ſic corpus aliter diſpoſitum congruit ei in ſtatu gratie ꝙ̄ in ſtatu ſolius nature corrupte. Diſciplina corporis eſt honeſtas honoris ſcilicet ſtatus. Habet corpus honorē magnum propter ſpiritum: quia eſt ei aſſociatum. Ex hoc enim eſt corpus nobiliſſimū: ad quod alia corpora ordinata ſūt. Ex hac etiā ſocietate maiorē honorē expectat. Etiam maximū honorē in Chriſto ꝓpter ſpiritū



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cui aſſociatum eſt ſuſcepit. Aſſociatum eſt enī diuinita
ti: et iam glorificatū ſpiritui creato Chriſti nobiliſſīo.
Ideo valde decēs eſt vt ī honore ſe cuſtodiat: et ne cō
temnendo faciat ſpiritū ingloriosū ei qui fecit eū tam
glorioſū. Cū corpus humanū ſit habitatio in qua de⁹
habitat cū ſpiritu rationali: decet eā et decorā eſſe et
ornatā. i. ad cori. 6. Neſcitis: quia mēbra veſtra tem-
plum ſunt ſpiritus ſancti qui in vobis eſt. In pſalmo.
Dn̄e dilexi decorē domus tue et locū habitatiōis glīe
tue. Itē domū tuā decet ſanctitudo dn̄e ī lōgitudinē
dierū. Voluit deus ſuā celeſtē haitationē eē ornatā.
Iob. 26. Spūs eius ornauit celos. Sic terreſtrē habi-
tationē eius decet eſſe ornatā. Cognoſcit ſpūs malus
in domib⁹ ſuis: vt cognoſcebatur in Saul quē exagi-
tabat. i. regū. 16. Sic deus in domibus eius cognoſci-
tur. Corpus diſciplinatū inhabitat ſpiritusſanctus di-
ſcipline amator: quia ſpiritus diſcipline dicitur ſapiē
tie. i. Circa ſecūdū notādū ꝙ diſciplina viro religio-
ſo valde eſt vtilis. Hoſtē enī multum potentem ad no
cendum: conuertit in vtilē ſeruū. Magna peruerſitas
eſt ꝙ corpus noceat ſpiritui: qui ita vtilis eſt corpori.
Separatio ſpiritus a corpore: manifeſtat quō ei peni
tentia conferebat. Si corpus inimicatur ſpiritui mul
tum poteſt ei nocere: cum ſit ei multū familiare. Omni
tempore et ōni loco eſt cum eo. Nulla peſtis efficacior
eſt ad nocēdū ꝙ̄ familiaris inimicus. Eius operibus
q̄tidie īdiget: nec vna die ſine illis eē pōt: vnde ſi ſint
ei noxie ꝑ ꝓceſſū tp̄is magnū ē valde nocumētū. Ecō
trario ꝓo ſi fiāt debito mō vt ſpūi ſint vtiles: valde ma
gnū ē lucrū. De ſolo fructu oris ſpūs poſſet ditari: ſi
os debito mō regeret. Prou. 12. De fructu oris ſui v-
nuſquiſq; replebit id eſt repleri poterit bonis: et iuxta
opera manuū ſuarū retribuetur ei: ſic ſi male regatur
poterit malis repleri. Debet ſpiritus habere corp⁹ ſuū
charum: ſi fideliter ſeruiat ei. Eccl. 33. Si eſt tibi fi-
delis ſeruus ſit tibi q̄ſi aīa tua q̄ſi fratrē ſic eum tracta.
Nec ſoli ſpiritui diſciplīa ē: vtilis ſed etiā corpori. In

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

libro de vita ſolitaria. Nihil magis expedit ſtulto: ꝙ ſeruire ſapiēti. Et iuxta verbū Bern. Nihil meliꝰ corpori ꝙ ſalutē anime prouidere. Pro uidēdo eni anime ſalutē / prouidet et ſuā: ꝓcurādo eius dānationē / ꝓcurat et ſuā. Si fidelis fuerit ſocius in labore: ſocius erit in mercede. ¶ Circa tertiū notandū ꝙ defectus diſcipline indecens eſt in viro religioſo. Eſt eni nuditas: qua hominibus manifeſtatur eius turpitudo. Apo. 16. Beatus qui cuſtodit veſtimenta ſua ne nudus ambulet: et videant homines turpitudinē eius. Qui nūc nuditatē hāc non erubeſcit: ī futuro de ea erubeſcꝫ corā toto mūdo. Naū. 3. Reuelabo pudēda tua ī facie tua: ⁊ oſtendā in gētibus nuditatem tuā: et regnis ignominiam tuā. Turpitudo ſpiritualis maxīe ē erubeſcenda. Seneca. Oīa tolerabilia preter turpitudinē crede. Religioſus ſine diſciplina eſt velud animal excoriatū quod a muſcis ſanguinem ſuggētibus moleſtat: ⁊ cuiꝰ aſpectu oculi ītuētiū offēdūtur. Sic religioſus indiſciplinatꝰ a ſāguiſuga īfernali ſāguinē hūanū ſitiēte moleſtatur: et homines in eo ſcandalizantur. Prou. 30. Sanguiſuge due ſunt filie que ſēper clamāt affer affer. quia ī nuptiis viſus eſt a rege non habēs veſtē nuptiis congruētem inter conuiuas habuit confuſionē: et poſt damnationē. Math. 22. ligatis manibꝰ ⁊c. Sic in ordine qui non habent veſtē cōgruētē ſcꝫ ordinātē cōuerſationē ſuā / peruerſa cōuerſatiōe ſua alios ſcandalizās / in preſenti habet cōfuſiōnē / ī futuro vero habebit dānationē. Iſa. 9. Veſtimētū mixtū ſāguie: erit ī cōbuſtiōnē. Ubi deeſt diſciplina ſpiritus ꝗ naturaliter eſt dominus / ſeruus eſt corporis quod ei ad ſeruiēdū datū eſt: quod valde indecens eſt. Prou. 19. Nō decet ſeruū dn̄ari pricipibus. In eodem. Non decet ſtultū diuitie: nec ſeruū dominari pricipibus. Hec ſeruitus ē ſpūi multū ignomiōſa / aſpa / ſūptuoſa / piculoſa. Ignomiōſa ē cū ſpūs naturaliter ſit creatura valde nobilis. cuiꝰ cōparatiōe corpꝰ ē creatura vilis et debilis. Hie.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nihil vilius ꝗ̄ a carne vinci. Aſpera eſt: quia aſperiꝰ
nihil ē humili cū ſurgit ī altū. Nō belua ſeuioꝛ ē vlla
ꝗ̄ ſerui rabies in libera colla furentis. Pꝛouer. 3. Per
tria mouetur terra: et quartum ſuſtinere non poteſt.
per ſeruum cum regnare ceperit. Coꝛpus tanꝗ̄ vilis
ſeruus ſi dominetur vilia imperat vt ſcilicet intendat
vnius ſacci refectioni: et ventris loci immundi reple-
tioni. Sumptuoſa eſt ſeruitus domine gule cui ſingu
lis diebus parantur varia fercula et multoties in die
de quibus nihil retinet: ſed poſtꝗ̄ de iſtis guſtauerit ī
locū turpitudīs et quaſi perditionis trāſmittit. Johe.
1. Vlulate qui bibitis vinū in dulcedine periit ex oꝛe
veſtꝛo. Bern. Voluptas gutturis que tantū hodie eſti
matur: vix duoꝛū habet lōgitudinē digitoꝛū. Nō durat
delectatio illa niſi quātū durat tranſitus ille per gulā.
et pro illo trāſitu tot et tanta dn̄e gule parātur. Peri
culoſa eſt hec ſeruitus. Coꝛpus enī tāꝗ̄ ſeruꝰ maliuo
lus / noxia imperat: aliquādo etiā mortē ſpiritus. Cir
ca quartum notandum ꝙ multum nocet defectus diſci
pline: ſicut defectus clauſure ī vinea. Velut ſepes eſt
diſciplina. Pater celeſtis vinee ſepē circundedit. Jſa.
5. ⁊ Math. 21. Vbi hec ſepes deficit: bona auferuntur.
Jſa. 5. Auferam ſepem eius et erit in direptionē. Ec-
cl. 36. Vbi nō eſt ſepes diripietur poſſeſſio. Vbi ſepes
deficit coluber infernalis intrat et interficit. Eccl. 10.
Qui diſſipat ſepem: moꝛdebit eum coluber. Moꝛdet
pꝛimo moꝛſu culpe. ſecundo moꝛſu pene interne. t̄tio-
moꝛſu pene eterne. Deut°. 32. deuoꝛabunt eos aues
moꝛſu amariſſio. Jtē defectꝰ diſciplīe nocet viꝛo reli-
gioſo deſcm̄ boītatis iudicādo. Eccl. Amictꝰ coꝛpoꝛis
et riſꝰ dentiū et ingreſſus hoīs enūciāt de illo. Grego
rius in paſtorali. Qui ſtatū mētis ꝓuidit foris ī icōſtā
tiā motionis defluit: atꝗ̄ exterioꝛi mobilitate īdicat ꝙ
nulla īteriꝰ radice ſubſiſtat. ¶ Pꝛoximo etiā nocꝫ; quē
malo exēplo coꝛrūpit. Diſciplīas viri r̄ligioſi deū gl̄ri-
ficat / pꝛimū edificat / āgelos bonos letificat / ⁊ malos

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

contriſtat. Deum glorificat ſicut ornatus templū eius ſecundū illud. i. ad cori. 6. Glorificate et portate deū in corpore veſtro. Gloſa Auguſtini. Si nō parcis tibi propter te: parce tibi propter deum / qui ſibi te fecit domū. ¶ Proximū edificat: cui tēplum bonum mōſtrat. Math. 5. Luceat lux veſtra corā hominibus: vt videāt opera veſtra bona et glorificent patrē veſtrū qui in celis eſt. ¶ Angelos bonos letificat: quibus bonitatem illorū indicat quorū ſalutē deſyderant quos habent ī cuſtodia / et ꝓpter quos ſūt in hac valle miſerie. ¶ Angelos malos cōtriſtat. Sicut ille qui carnalitati ſue dat concupiſcentias ſuas / fit in gaudiū inimicis ſuis: ſic ille qui refrenat ea a cōcupiſcentiis ſuis contriſtat inimicos ſuos. Diſciplina in viro religioſo multū placet deo. Iſaac vt ſenſit veſtimētorū filii ſui fragrātiā benedixit ei. Geñ. 27. Fragrantia veſtimentorum ſponſe etiā laudatur a ſpōſo. Cāti. 4. odor veſtimētorū tuorū ſicut odor thuris. ¶ Defectus diſcipline in viro religioſo multū deū offendit. Multum doluit Jacob videns tunicā filii ſui Joſeph pre ceteris dilecti ſanguinolentam. Geñ. 37. Defectus diſcipline deum blaſphemat. Sup illud. cori. 10. Siue comeditis / ſiue bibitis / ſiue aliquid aliud facitis: omnia in gloriam dei facite dicit gloſa Auguſtini. Si modū nature debitum ī moderatiōe voracitatis excedis ⁊ vinolentia ingurgitas: quantaſcumq̧ laudes lingua ſonet vita blaſphemat. Non eſt honor regis celeſtis ꝙ ſponſa ſua ſit īduta veſte vili / veſte ſcilicet veteri aſſuta ei aliqua particula panni noui. Non eſt talis veſtis reginarum: ſed vilium perſonarum.

¶ Secunda ps hui⁹ libri oſtēdit ꝙ ſex ſūt que ad obtinendam diſciplinam multum valere poſſūt. Primum eſt doctrina. Secūdū eſt exēplū. Tertiū eſt frequēs inſpectio operū. Quartū pudor. Quītum obedientia. Sextum perſeuerantia.

Q̄ doctria valet ad obtinēdā diſciplinā. cap. i.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

habit parabola. nō dicit illā in tpe ſuo. Eccl. 3. Tēpus tacendi et tēpus loquēdi. Hugo de ſctō vıctore. Tēp⁹ tacendi/tēpus loquēdi pcedere debet: qꝛ pri⁹ p ſilentiū tēpus tacēdi diſcitur qḋ poſtea per verbū tpe loquēdi proferat. Aliqñ debem⁹ tacere qꝛ alter prior cepit loq: ne forte ſi ſermonē ꝟborū noſtrorū ꝓlatiōe īterrūpim⁹ et eū q̄ loquitur et eos qui audiūt pariter offendam⁹. Aliquādo tacendū eſt: qꝛ ad id qḋ dicere volum⁹ aīos auditorū paratos adhuc nō eſſe ꝯſyderamus. Aliqñ tacendū eſt propter multiloquium vitandū: vel quia ipſi qui locuturi ſumus nondū apud noſmetipſos cōgruam loquēdi formā inuenim⁹: quia profecto animus auditorū magis offenditur ſi ſermo qui edificare debet cōfuſus et inordinatus proferatur. Aliquādo tacēdū eſt: quia hi qui preſentes habentur nequaꝙ̄ tales ſunt ad quos verbum debeamus facere. Quod duobus modis fieri poteſt: ſcilicet vel dū reuerētia dignitati perſone īpēditur: vel dum malicia īcorrigibilis et ideo indigna āmonitione exſtimatur. Et ſubdit ꝙ ſermonē eorū qui priores nobis ceperunt loqui/ nō debeamus interrūpere oſtendit Job: qui cū diſciplina et aliorum reuerētia erga ſe loqretur inter cetera ſic ait. Qui me audiebāt: expectabant ſentētiā meā: ⁊ intenti tacebant ad conſiliū meū ⁊c. Job 29. Sepe propter infirmitatē auditorū tacendum eſt et dominus ſuo exemplo docet: qui cum apoſtolos ſuos adhuc imbecilles et ad ſublimioris doctrine eruditionem imparatos aſpiceret ait. Adhuc multa habeo vobis dicere: ſed nō poteſtis portare modo. Johānis. 16. Multiloquiū timendum eſſe inſinuat Salomon dicens. In multiloquio non deerit peccatū. qui autē moderatur labia ſua prudētiſſimus eſt. Prouer. 10. Tacēdū eſſe etiam propter defectū ītelligētie oſtenditur Eccl. 5. Si eſt tibi intellectus rñde proximo tuo/ ſin autē ſit manus tua ſup os tuū: ne capiaris verbo indiſciplinato. Propter reuerentiā auditorū tacēdū eſſe etiā oſtenditur Eiuſdē 11. In medio ſen orum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ne aditias loqui. Q; ꝓpter obſtinationē malicie ſit tacendū oſtenſum eſt pri⁹. ¶ Circa modum loquendi inſtruit Hugo de ſancto victore his ꝟbis. Mod⁹ loquēdi in tribus conſiſtit: hoc eſt quo geſtu/ quo ſono/ qua ſignificatione quid dicatur. Diſciplina iubet vt loquētis ſit modeſtus geſtus et humilis/ ſonus demiſſus et ſuauis: ſignificatio vera et dulcis. Modeſtiā debet habere geſtus loquentis. vt nec ordinate/ nec impudice/ nec turbulēte interloquendo membra moueat: aut aliqua indecenti conformatione aut tranſmutatione vultus prolationem ſui ſermonis iminuat. Humilis debet eſſe geſtus loquentis: vt apud auditores gratiā ſermo eius inueniat. Sonus loquētis debʒ eſſe demiſſus: ne ſtrepitu aut immoderata clamoroſitate auditores ſuos autiuſte terreat: aut iuſte offendat. Unde de chriſto legit̄ Iſa. 42. Non clamabit. Seneca. Uox ſit ſine clamore. Suauis debet eſſe: ne prolationis aſperitate tanto fiat animus audientium oneroſior/ quanto ad aures durior venit et iniocundior. Significatio ideſt ſententia ſermonis debʒ eſſe vera. Aug⁹. i libro de doctrina xpīana. Minus intelligant̄/ min⁹ placeant/ min⁹ moueātq̄ dicantur: vera tñ dicantur et iuſta. Hugo de ſancto victore. Cum veritate neceſſe eſt vt ſermo loquentis dulcedinem habeat: quia ſepe etiā veritas auditori amara efficitur/ ſi aut ſine ratione aut ſine dilectione hoc eſt ſi vel iportune vel īpie ꝯtra eū ꝓferat̄. Eccl̄. 6. Uerbū dulce multiplicat amicos et mitigat inimicos. Prouer. 16. Qui ſapiens eſt corde appellabit̄ prudens: et qui dulcis eſt eloquio maiora reperiet. Magis enī ꝓficiat qui hūc dulcedinē lingue: q̄ꝫ qui habēt magnam ſapiētiā in corde. Et notādū q̄ ſermo nr̄ debet eē pur⁹ Prouer. 15. Purus ſermo pulcherrimus firmabitur a domino. Purus debet eſſe a falſitate/ purus a noxietate proximi/ et purus a contumelia dei.
¶ In quarta parte huius capituli/ quatuor que multū ad lingue cuſtodiam valent: enumerantur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

q Uatuoꝛ ſunt q̄ multū valere pñt ad lingue cuſtodiā. Primū eſt ꝙ ante poꝛtā oꝛis barre ponantur. Scd̄m eſt vt poꝛta oꝛis raro aperiat̄. Tertiū eſt vt aperta poꝛta cito claudat. Quartū vt in ea clauis habeat̄. ¶ Quaſi barre ante poꝛtā oꝛis ſūt firma ꝓpoſita declinādi illas pſonas cū quib⁹ p linguā peccare ſolem⁹ vel loca illa in quib⁹ habemus occaſionē peccādi per linguā vel tenēdi ſilentiū in illis horis in quib⁹ hō facilius p linguā labit̄: vt ē hora poſt ſūptionē cibi ⁊ potus/et alia ſimilia ꝓpoſita ſalubꝛia/valentia ad cuſtodiā lingue. De his barris hr̄ Pꝛouerb. 18. Frater qui adiuuatur a fratre quaſi ciuitas firma/et iudicia quaſi vectes vrbium. Pꝛopoſita ex iudicio rationis facta ſunt quaſi vectes vel quaſi barre. ¶ Raro aperienda eſt poꝛta oꝛis ⁊ cito claudēda. Ad ſummā perfectionē te volo eſſe bꝛeuiloquum/rariloquū/ ⁊ ſubmiſſa voce loquentē. Jacobi. 1. Sit omnis homo tardus ad loquendū. Seneca. Tardiloquum te eſſe iubeo/et pꝛope erit tibi deus. Idem. Aurē verbis frequentius ꝙ linguam accommoda. Sicut multiloquiū frequenter habet peccatum ſcd̄m illud pꝛouer. 10. In multiloquio non deerit pctm̄: ſic bꝛeuiloquium valet ad hoc vt caueatur peccatū. ¶ Triplicē clauē debet habere poꝛta oꝛis. Pꝛimam in archa coꝛdis. Scd̄am in manu pꝛelati. Et tertiam in manu dei. Locutionē viri religioſi debet p̄cedere mētis deliberatio. i. pꝛius veniat ſermo ad limē ꝙ ad linguā. Eccl. 5. Ne temere quid loquaris. Eccl. 4. Noli citatus eſſe in lingua. Eiuſdem. 21. Uerba pꝛudentum ſtatera ponderabuntur. Sapiens habet os in coꝛde/in coꝛdis ſcꝫ poteſtate ⁊ diſpoſitione: ſtultus coꝛ in oꝛe. In eodem. In oꝛe fatuoꝛū coꝛ illoꝛū: et in coꝛde ſapientum os illoꝝ. Religioſus etiā anteꝙ loquat̄ a p̄lato ſuo licētiā dꝫ petere. Qui neſciēte ⁊ nolēte p̄lato ad loquēdū poꝛtā oꝛis aperit pꝛiuſꝙ clauē ei tradiderit: fractoꝛ tēpli ſpūalis eſſe videt̄: ⁊ quaſi fur faciendo clauē contra clauem.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Orationē etiā debet ad deū pmittere cuius eſt linguā gubernare: vt linguā regat ne in ea offendat. In pſal. Domine labia mea aperies.

¶ Quinta pars huius capl'i/ quantū valet clauſtrale ſilentiū ad lingue cuſtodiā (bonaq; ex eiuſdē cuſtodia prouenientia) lucide oſtendit.

c Irca clauſtrale ſilentium notandum q ꝓ eius obſeruantia zelare multum debent prelati: qui clauſtra habent in ſua cuſtodia. Clauſtrum abſq; obſeruatione ſilentij eſt velut equus ſine freno. Jaco. 3. Si equis frenos in ora mittimus ad cōſentiēdū nobis et omne corpus eorū circunferimus. ꝛc. Seſſor equi licet ceteris mēbris eius libertatē concedat ori tamē frenum imponit. Sic rector clauſtri frenum ſilentij dꝫ ori imponere. Abſq; freno ſilētij vana ē religio. Jaco. 1. Si quis putat ſe religioſum eſſe nō refrenās linguā ſuam ſed ſeducens cor ſuum: huius vana eſt religio. ¶ Religio abſq; ſilentio: eſt quaſi caſtrū habēs guerram abſq; porta et abſq; muro. Job. 40. Memento belli nec vltra tradas loqui. Eccleſiaſtici. 28. Ori tuo facito hoſtia. Prouer. 25. Sicut vrbs patens ꝛ abſq; muri ambitu: ita vir qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum. Religio vbi non ſeruatur ſilentium poteſt dicere illud Job. 30. Quaſi rupto muro et aperta ianua irruerunt ſuper me. ¶ Silentiū quaſi beſtiam crudelem et indomabilem linguam incluſam cuſtodit. Jaco. 3. Linguam nullus hominum domare poteſt. Foueam obſtruit per quam infiniti perierunt. prouer. 12. Propter peccata labiorum ruina proximat malo. Eccleſiaſtici. 14. Beatus qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo. Silentium os claudit: flamma infernalis exit. Jac. 3. Lingua ignis eſt inflammata a gehēna. ¶ Silentium maliciam ſuffocat. Eccl'iaſtici. 10. Qui odit loquacitatem extinguit maliciam. Linguam maledicam emendat. Hieronymus. Linguam maledicā indictum emendat ſilentium. ¶ Hominem roborat.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Iſa.30.In ſilentio et ſpe erit fortitudo veſtra.Sicut ad fortitudinē obſeſſorū in caſtro valet clauſura bona cū forti adiutorio: ſic ad ſpūalē fortitudinē valet ſilētiū cū ſpe de celeſti adiutorio.Abbas paſtor.Omnis labor quicūq̧ euenerit tibi ex taciturnitate ſuperabit. Sicut pugil nunq̧ vel raro vincit niſi verbū malum dixerit/ſic vix vincitur hō a dyabolo ſi a verbis malis cauerit. Clauſtrū pacificat.prouer.26.Qui imponit ſtulto ſilentiū iras mitigat. ¶ Silentiū diuino eloq̄o auditum preparat.Treno.3.Bonū eſt preſtolari cum ſilentio ſalutare dei.Uerbum mercatum non reuelat ſecreta ſua in tumultu.Eccl.32.Ubi auditus non eſt: non effundas ſermones.1.Regum.3.Loquere dñe q2 ſeruus tuus. ¶ Silentiū feruorem deuotionis ſeruat. Sicut ſolet obſtrui vas in quo ſit vinum ferratum vt vinum ſit fortius: ſic oportet vt clauſtralis ſeruet ſilētium vt feruor deuotiōis ſit in eo.Si vero eius ad loquacitatē ſit apertum: quicquid deuotionis eſt in eo exaltat.Eccl.20.Gratie fatuorū effundentur. Aug⁹. Loquela ſit in neceſſitate/ taciturnitas in iocūditate. ¶ Ad taciturnitatem monemur exemplo xpi.Iſa.53. Quaſi agnus coraz tondente ſe obmuteſcet ꝛc. Glo. Pylato vel herodi pauca reſpondit/ ne ſalus humani generis differret. Libēter ergo ꝛ tu tacere debes: ne impediatur ſalus tua.Abbas agathō ꝑ triēniū lapidē in ore ſuo mittebat: donec taciturnitatē diſceret.Qui nō hȝ diſcretionē loquēdi. habeat diſcretionē tacēdi. Seneca.Taciturnitas homini ſtulto pro ſapiētia eſt. Prouer.17.Stultus ſi tacuerit ſapiens reputabitur. Raro tamen gratia tacendi in ſtulto inuenit. Sapiēs. Nemo ſtultus tacere poteſt.

¶ De diſciplina ī comeſtiōe.Et prīo diſciplina in menſa commendatur. Cap.4.

D Iſciplina in mēſa multū eſt cōmēdabilis.Ipſa ī loco illo īmūdiciā cauet ī q̄ multū hoīb⁹ diſplicet ſcȝ ad menſam.In mēbro illo etiā mūdiciā ſeruat



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in quo immundicia maxime indecens ſcz in ore. Per eã offenſaz dei cauemus/quando eam maxime debemus .ſ. quando bonis eius vtimur. Magna peruerſitas eſt deum offendere/ cũ in menſa eius ſumus. Cauent latrones aliquot diebus ne eis noceãt: cum quibus comedunt. Pena etiam fit vt cum reficitur corp⁹ reficiatur ⁊ animus. Prouerb. 13. Juſtus comedit et replet animam ſuam. Ipſa etiam facit: vt cum paſciat homo: et deus. Puritatem eniz ſeruat qua delectatur deus. Canti. 2. Qui paſcitur inter lilia ⁊c.

¶ Secunda pars huius capl'i: in quibus diſciplina ſeruanda ſit in menſa.

Q Uantũ ad quatuor eſt ſeruãda diſciplina in menſa ſcz q̃tũ ad taciturnitatẽ/ q̃tũ ad viſũ/ q̃tũ ad cõtinẽdi ſe modũ/ ⁊ q̃tũ ad cibi ⁊ potus ſumptionẽ. De trib⁹ primis dicit Hugo de ſancto victore his verbis. Debet quiſq̧ inter epulas cõſeruare diſciplinã in ſemetipo/ videlicet vt linguã ſuã a loquacitate reſtringat ⁊ oculos ſuos a circũſpectione cohibeat: et vt cetera mẽbra oĩa cũ modeſtia ⁊ quiete cõtineat. Idẽ de taciturnitate. Taciturnitas inter epulas neceſſaria ẽ. Idcirco qm̃ ligua q̃ oĩ tpe ꝓna ẽ ad pctm̃: labit̃. Labit̃ piculoſi⁹ cũ p crapulã inflãmata fuerit: ſi ad loquẽdũ relaxet̃. Propterea diues q̃ inter epulas loquacitati ſuierat/poſt ĩ inferno poſit⁹ vehemẽti⁹ in lingua ardebat. Idẽ. Cuſtodia oc'loꝝ ĩter epulas propterea neceſſaria eſt: q꞉ nõ decet ibi p̃cipue vt vagos q̃s habeat oculos neq̧ curioſe reſpiciat/ ⁊ vt amplius aliq̃d dicã impudẽter ea q̃ apud alios agunt̃ circũluſtrãdo ꝓſpiciat: ſz vt poti⁹ dimiſſis luminib⁹ ea tm̃ q̃ ſibi appoſita ſũt attẽdat. Idẽ. Cuſtodia q̃q̧ ſe ꝯtinẽdi ibi negligẽda nõ ẽ/ q̃ten⁹ videlz neq̧ in habitu neq̧ in geſtu indecẽs aliq̃d aut ĩhoneſtũ agat̃: nihil cũ ſtrepitu aut tumultu fiat/ſed oĩa mẽbra cũ modeſtia ⁊ trãquillitate in diſciplina ꝯtineãtur. ¶ Ad diſciplinã in ſumptiõe cibi ⁊ pot⁹ ꝑtinẽt q̃d/ quãtũ/ ⁊ quõ ſit ſumẽ=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dum. In libro de vita ſoli. Cura carnis agenda eſt ſobrie: ꝛ cũ quadã ſpũali diſciplina: vt neqꝫ in modo/ nec in qualitate/ neqꝫ i qͣtitate aliquid appareat qḋ nõ deceat ſuũ dei. In eodẽ. Ipſa neceſſitas nõ ſeculariter/ nõ carnaliter expleat: ſed ſicut cõuenit ſeruo dei. Nã etiã ad ſanitatẽ corpis cibꝰ quãto honeſtiꝰ ꝛ ordinatius igerit: tãto faciliꝰ ꝛ ſalubriꝰ digerit. Obſeruãdus eſt ꝫ ſumẽdi modꝰ: ꝛ tp̃s/ cibi qͥlitas ꝛ quãtitas. Tp̃s ne añ horã. Qualitas qua. ſ. vtit cõitas fraternitatis: excepta cauſa manifeſte neceſſitatis. Qui tp̃s comedẽdi puenit/ nõ expectat donec ſalſa parata ſit ſcꝫ fames: vñ cibũ inſipidũ comedit. Señ. Solus panis bonus fict tibi cũ tenerũ et ſimilagineũ fames reddet: iõ nõ edendũ añqꝫ illa imponat. Expectabo ergo nec añ edaꝫ qꝫ aut bonũ panẽ hr̃e potero: aut male faſtidire deſiero. Berñ. Prudẽter ſobrieqꝫ ꝯuerſanti ſatis ẽ ad omne ꝯdimentũ ſal cũ fame. Sapiẽs. Deſyderijs oĩa cõdiũtur. ¶ Qui in religõe eſt/ nõ debet nimis precioſa vel delicata expetere: nec cara vel inſolita reqͥrere: nec nimis accurate nec laute pparata ꝯcupiſcere. ¶ Q pcioſi cibi nõ ſũt qͥrẽdi. Tertia ps huiꝰ capl'i.
a Õ nõ expetẽdũ pcioſa pͥmo dꝫ eũ monere pfeſſio volũtarie paupꝑtatis. Qui parũ vult hr̃e cõſequens eſt vt par velit expẽdere. Qui preciũ nõ habet pcioſa qͥrere nõ debet. Señ. Pauper vbi diuites ceperit imitari: parit. ¶ Scḋo affectio pietatis quam debet habere ad pauperes dei filios ꝛ fratres ſuos: inter quos multi ſũt qui etiã panẽ nõ pñt habere. Qualis eſt fraternitas ꝙ alij nõ habeant neceſſaria/ alij habeãt ſuperflua. Magna ꝑuerſitas ꝙ vilis ſeruus precioſa querat: cũ dñm ſuum in pauperibus egere ſciat. Nõ videtur vere mẽbrũ eſſe illius cuius xp̃s eſt caput qui indigẽtie membrorũ eius nõ cõpatitur. i. Cor. 12. Si quid patitur vnũ mẽbrũ: compatiunt oĩa membra. Eccl'. 22. Fidem poſſide cum amico tuo in paupertate illiꝰ: vt in bonis eius leteris. Berñ. Noli putare gra=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tuitum quod impēdis proximo velis nolis debitor es.
¶ Tertio pctm̄ qd eſt in acquirēdo. Frequēter enim ſumptus q̄bus p̄cioſa habētur acquirūtur vel cū periculo eius q̄ eis vtitur: vel illius a quo dantur. Voluit dauid bibere aquā quā ſibi attulerūt tres fortes: ſed libauit eā dn̄o dicēs. Propicius ſit michi dn̄s ne faciā hoc. Nū ſanguinē hoīm iſtoꝝ q̄ ꝓfecti ſunt in aīarum periculū bibā. 3. Regū. 23. Melius eſt ſine periculo tm̄ panē ⁊ aquā ſumere: q̄ʒ cū pctō p̄cioſa hr̄e. Macha. 5. Judas receſſit in deſertū locū ibiqʒ interferas vitā in mōtibus cū ſuis agebat: ⁊ feni cibo veſcētes demorabant: ne participes eſſent coinquinatiōis. ¶ Quarto ꝯditio corporis. Cū eni corpus vas ſit vbi corrūpitur qd infunditur: fatuū vr̄ eſſe ibi p̄cioſa ponere. Joel. 1. Vlulate oēs qui bibitis vinū in dulcedine: qm̄ perīt in ore vr̄o. Non ſic eſt in alijs ſenſibus. Non ſic corrūpet res pulchra cū ſemel viſa fuerit/ nec res odorifera cū ſemel odorē eius aliquis pceperit. Nō videtur ꝙ de⁹ voluerit hoīez querere cibos p̄cioſos/ q̄ eos aſſignauit cū iumentis eſcam. Geñ. 1. Ecce dedi vobis herbam afferentem ſemen ſupra terram/ et vniuerſa ligna q̄ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui/ vt ſint vobis in eſcam ⁊ cunctis animantibus terre. ¶ Qꝫ cibi precioſi querūtur hoc frequēter accidit vl̄ ex delectationis amore vel ex ambitiōe/ ⁊ vtrobiqʒ ē magna fatuitas. Fatuū ē ſūpt⁹ magnos facere ꝓ breui delectatione: quātū trāſit⁹ cibi ꝑ guttur durat ſolū durante. Jtē valde fatuū eſt ⁊ ꝑuerſum paſcere oculos mūdi/ de hoc qd ſubſtrahitur in pauperib⁹ famelico ori dei.

¶ Qꝫ delicie non ſunt querende corpori.

Quarta pars huius capituli.

m Vltis de cauſis fatuū ē corpi ſuo delicias ꝓcurare. Primo: q2 q̄ delicatis vtitur infirmitati corporis ſui remediū adhibet: vnde infirmitas aggrauatur. Scd̄m Auguſtinū ſumēda ſunt alimenta ſicut medicamētū/ ſed ſicut dicit Grego. Medicamētū in

vulnus vertitur: qꝛ exquiſito remedio paulo diutius inherētes ex eo grauiꝰ deficimꝰ qđ ꝑinde ad refectionē paramꝰ. Scđo. qꝛ dū aliquis delicatis vtit: hoſti eiꝰ cōſuetudo mala ſup eū acqritur q̄ vix extinguit. Sen. Voluptatibꝰ ſe imergūt quibꝰ i ꝯſuetudinē adductis carere nō pn̄t: ⁊ ob hoc miſerrimi ſunt: q̄a eo ꝑueniūt vt illis que ſunt ſuperflua facta ſunt neceſſaria. Conſuetudo mala pertinens ad viciū gule vix deponitur. Coꝛuus nō eſt reuerſus ad archā. Gen̄. 8. Actus vnde generatur hoc viciū et augetur et multū frequētatur: ideo hoc vicium vix deducitur. Glutinum eſt valde foꝛte: quaſi indiſſolubile. Luce. 14. Vxoꝛē duxi / ideo non poſſum venire. Ad matrimoniū pertinet indiſſolubilitas. Vxoꝛ iſta eſt voluptas carnis. In hoc matrimonio in quo dyabolus cōiungit ſolus deus ſeparat. ¶ Tertio. quia qui delicata coꝛpoꝛi ſuo parat / adiutoꝛia hoſti ſuo pꝛocurat. In libꝛo de vita ſoli. De condimentis ſufficit vt fiant comeſtibiles cibi noſtri / non autem concupiſcibiles vel delectabiles. Sufficit enī concupiſcere malicia ſua: que cum vix aut nullo modo pertranſire poſſis ad finem explende neceſſitatis niſi per viam quantecunq̷ delectationis / ſi ceperit accipere irritamenta ab eis qui perpetuum ſuſceperunt bellum aduerſus eius oblectamenta: fiunt duo cōtra vnū et periclitatur conſcientia. ¶ Quarto. quia vſum deliciarum frequenter exceſſus comitatur / vnde coꝛpoꝛis infirmitas ⁊ ſepe moꝛs ſequitur. Sen̄. Poteſt ſepe noſtra pꝛouidentia huic coꝛpuſculo moꝛā pꝛolongare longioꝛem / ſi voluptates quibus maioꝛ pars coꝛpoꝛū perit poterimus regere ⁊ cohercere. Idē. Ipſe voluptates i toꝛmēta vertūtur. Idē. Quis hoſtis in quēq̷ tam cōtumelioſus fuit: ſicut in quoſdā voluptates ſue ſunt. Sufficit alicui ſi hoſtē ſuū excecat / ſʒ voluptates non ſoluʒ excecant voluptuoſos / ſed etiā impotētes reddūt ⁊ ꝯtractos ⁊ lepꝛoſos / ⁊ aliijs īfirmitatibꝰ affligunt eos et tandem interficiunt. Criſoſto. Ubi qui in



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

delicijs ⁊ luxurijs vitā ducūt reſoluta corpora ⁊ omni cera molliora circunferunt/ atq̧ infirmitatibus repleta: quibus ad culmē malorum podagre tremor et imatura ſenectus accidit: ⁊ ē ſemꝑ vita in medicis ⁊ medicamentis: ſenſus autem tardi/ et graues/ et obtuſi/ et quodāmodo ſepulti. Sen̄. Victus tibi ſit ex re facili: nec ad voluptatē ſed ad cibū accede: palatum tuum fames excitet/ nō ſapores. Cū os non ſolū ſibi cibum ſumat ſed toti corpori nec qđ ſumit ſibi retineat ſ ad mēbra tranſmittat: non eſt habēdꝰ reſpectus in ſumptione cibi ad os tm̄/ ſed ad corpus. Aliquādo qđ nimis eſt corpi parū eſt gule: ⁊ que gule ſunt delectabilia corpori ſunt noxia. Unde ſi ille qui habet multitudinem ciborū delicatorū: tm̄ vult inde ſumere q̧ ſit ſatiata gula/ poteſt inde incurrere infirmitatē vel etiā mortē. Similiter accidere poteſt in illo q̄ in cibis attēdit niſi vt gule ſint delectabiles. Quod enim eſt gule delectabile: pōt eſſe corpori mortiferū. ❡ Nō cōgruūt delicie tēpori in quo ſumus. Bern̄. Uniuerſuꝫ tp̄s p̄ns penitētie vigilia quedā eſt ſolēnitatis magne: ⁊ eterni ſabbati qđ p̄ſtolamur. Delicie ſolēnitati ꝯueniunt/ nō vigilie. ❡ Non congruunt etiā delicie loco in quo ſumus. Locus enī ē exilij: vallis lachrimaꝝ ⁊ miſeriarum nō locus deliciarū. Nō eiecit dn̄s hoīem de loco deliciarum: vt hic ſibi delicias ꝓcrearet. Itē non congruūt delicie ſtatui corruptionis: in quo eſt humana natura: que facile corrūpitur. Melius ſeruanť carnes in aqua ſalſa: q̄ in aqua dulci. Homo etiā in ſtatu nature bene inſtitute/ poſitus ī delicijs corruptionē incurrit: quē tribulatio quaſi aqua ſalſa in ſtatu nature deſtitute cuſtodit. ❡ Non congruunt etiaꝫ delicie ſeruili conditioni corporis. Seruo maliuolo/ tortura et compedes congruunt: non delicie. Prouerb. 26. Qui delicate a pueritia ſua nutrit ſeruuꝫ: poſtea ſentiet eū contumacē. Itē nō cōgruūt delicie ſtultitie corpis: ad cuius correctionē virga neceſſaria ē. puer. 10. Uirga

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in dorſo eiꝰ q̄ indiget corde. Eiuſdē.19. Nō decēt ſtul-
tū delicie. Per ſtultū cibo ſatiatū mouetur terra. Pro
uer.30. Stultꝰ cibo ſatiatꝰ eſt homo carnalibꝰ delicijs
repletꝰ. ¶ Nō cōgruūt etiā ſtatui xp̄iani. Bern. Chri
ſtꝰ qui nō fallitur elegit qđ carni moleſtius eſt: id ergo
meliꝰ/ id vtiliꝰ| id magis eligēdū eſt. Exēplo ergo xp̄i
non carni delectabilia: ſed moleſta debet xp̄ianꝰ elige-
re. Gal.5. Qui Chriſti ſunt carnē ſuā crucifixerūt cum
vicijs et cōcupiſcētijs. Math.10. Qui nō accipit crucē
ſuā et ſequitur me: nō eſt me dignus. Chriſtianꝰ debet
potius eligere cū populo dei carnis afflictionē: q̄ inor-
dinatā cū ſuis dyaboli cōſolationē/ ſicut de Moyſe le-
gitur Hebre.11. Magis eligens affligi cū populo dei q̄
corporalis peccati habere iocunditatē. ¶ Specialiter
ſtatui religiōis nō ꝯgruūt delicie. In deſerto religiōis
non ſunt q̄rende delicie carnales: ſed a deo q̄rende et
ſperande ſpirituales. Tūc deus filijs iſrael manna de-
dit in deſerto: cū cibꝰ terrenꝰ defecit. Deutero.18. Af-
flixit te penuria et dedi tibi māna. Qui terrenas delici-
as nō vult habere: celeſtes poteſt ſperare. Grego. Si
a carne quod licet abſcidimus: mox in ſpiritu quod de-
lectat inuenimus. Colūba fugit aquā ſcilicet aquā car-
nalis voluptatis Gen.8. Bern. Delicata eſt diuina cō-
ſolatio: et nō datur admittētibus alienā. Johā.16. Ni-
ſi ego abiero paracletꝰ nō veniet ad vos. Bern. Quis
audeat de cetero carnis illecebris fantaſticis deditus
paracletū expectare? Qui clauſtrū ingreditur carcerē
p̄elegit i quo pro ſctīs ſuis puniūt ne pro eis infernali
carceri tradatur. Nō eſt autē carcer locus deliciarum.
Qui religionē intrat exēplo et amore xp̄i crucē aſcē-
dit. Nō eſt crux locus deliciarū. Non eſt ibi propinatū
xp̄o vinū electū ſed vinū mirratū vł acetū felle mixtū.
Math.27. et luce 23. Religio locus eſt vbi intēdēdū eſt
vere ſapiētie ꝑcipiēde: qđ ipediūt multū delicie. Job.
29. Sapientia nō iuenitur in terra ſuauiter viuentiū.
Ideo pulchre dicit apđ grāmaticos. Pinguis venter

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nō gignit ſēſū tenuē. Seneca. Copia ciboꝝ ſubtilitate intellect⁹ īpeditur. Abſtinētia vero a delicijs valet ad intelligentiā. Daniel. i. Pueri qui cibos regios cōtēpſerunt: groſſis cibis cōtenti intelligētiores ceteris inuēti ſunt. Delicie ergo viro religioſo non congruunt.

¶ Tertia pars huius capituli ꝙ non ſunt querendi cibi inſoliti.

c Ara et inſolita qui eſt in regiōe nō debet q̄rere: et labori miniſtrantium debet parcere. Hugo de ſancto victore. Alij noua quedam et inſolita ciborū genera exquirūt: vt ſepe propter vni⁹ hoīs ventrē per omnes circūpagos turba famuloꝝ diſcurrat. Hoc aliq̄n per tumorem elationis accidit. Qui enī appetunt alijs excellētiores eſſe in ieiunio ſuo: aliquid ſpeciale volūt facere. Hiero. Sint tibi pura ieiunia/caſta ſimplicia/moderata et non ſuperſtitioſa. Quid prodeſt oleo non veſci et moleſtias quaſdam difficultateſq; ciborū q̄rere? Carica/piper/nuces/palmarū fruct⁹: tota hortorū cultura vexat̄ vt cibario nō veſcamur pane. Idē. Audio p̄terea quoſdā cōtra naturā rerū hoīemq; aquā non bibere nec veſci pane: ſ; ſorbiterūculas delicatas ⁊ contrita olera. Proh: pudor non erubeſcimus hmōi ineptijs nec tedet ſuperſtitiōis: inſup etiam famā abſtinentie in delicijs q̄rimus. Fortiſſimū ieiunium eſt aqua et panis: ſed quia gloriā non habet et oēs pane ⁊ aqua viuimus. quaſi ſublicū et cōmune ieiuniū nō putatur.

¶ Sexta pars huius capituli ꝙ diſſuadetur ciborum ſtudioſa preparatio.

q Ui ī religiōe eſt/nō debet ſtudioſa p̄parata appetere. Cibos enī ſtudioſe et laute p̄parare: eſt gladiū ſui hoſtis acuere. Hugo de ſctō victore. Alij ſupſtitioſi nimis in p̄parandis cibis ſtudium adhibent infinita decoctionū et frixurarū et cōdimētoꝝ genera excogitantes. mō mollia/ modo dura/ mō frigida/ mō calida/ modo cocta aqua/ modo aſſa/ modo pipere/ modo allio

modo cuminio / modo ſale cōdita ſecundū conſuetudinē peregrinantium deſyderātes. Bern. Quis dicere ſufficit vt cetera taceam quot modis oua ſua verſantur et vexantur: quanto ſtudio euertuntur / ſubuertuntur / liquantur / durantur? Et nunc quidem frixa / nunc aſſa / nunc mixtim / nunc ſeparatim apponuntur. Ut quid autem hec omnia: niſi vt ſoli faſtidio ꝯſulatur? Ipſa qualitas rerum talis de cauſis apparere curatur: vt nō minus et aſpectus ꝙ guſtus delectetur. Et cum iam ſtomachus crebris ructibꝰ ſeſe repletum indicet / necdum tamen curioſitas ſatiatur: ſed dū oculi coloribus et palatum ſaporibus illiciuntur: infelix ſtomachus cui nec colores lucent nec ſapores demulcent dum omnia ſuſcipere cogitur oppreſſus magis obruitur ꝙ reficitur. Studioſa ciborum preparatio frequenter eſt occaſio ꝙ nimis de cibo ſumatur. Bern. Tanta quippe accuratione et arte coquorum cuncta apparantur: vt quatuor vel quinqꝫ ferculis deuoratis / prima non impediāt nouiſſima: nec ſacietas minuit appetitum. Uenter quidē dum veſcitur oneratur: ſed varietas tollit faſtidiū. Nā enim puras vt eas deus creauit epulas faſtidimus dū alia aliis multiphariē permiſcentur ⁊ ſpretis naturalibus quos deus indidit rebus quibuſdā adulterinis gula prouocatur ſaporibus tranſitur nimirum meta neceſſitatis ſed necdum delectatio ſeparatur.

¶ Septima pars huiꝰ capl'i. De quantitate cibi.

D E quantitate cibi ſumēdi dicit Hugo de ſctō victore. Menſura hac michi videtur: vt neqꝫ cōtra honeſtatem neqꝫ ſupra neceſſitatem. Nō omnis venter idem ſapit: aliꝰ ſic / aliꝰ vero ſic. Cui minus ſufficit: iſte ꝑuſqꝫ ad turpitudinē edacitatꝭ veniat: ī ſupfluitatē offēdit. Cui mltū opꝰ ē ī eo ſepe honeſtas comedēdi ledit: etiā ꝑuſqꝫ ad ſupfluitatē veniat. Ergo ille cui parū ſatis eſt ſuperfluitatē caueat: ille vero cui multū opꝰ eſt magis ad honeſtatem attēdat. Ezechielis quarto cap.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Cibus tuus quo veſceris erit in põdere. Multũ noxia eſt anime et corpori ſumptio nimia cibi et pot⁹. Eccl. 37. Propter crapulam multi obierũt. Luce. 21. Attẽdite ne grauẽtur corda veſtra crapula et ebrietate. Crapula eſt cruda epula. Seneca. Ede citra cruditatẽ: bibe citra ebrietatẽ. Sobrietas vero in cibo et potu: anime ⁊ corpori multũ eſt vtilis. Chriſoſto. Nichil ſic ſalutẽ/ nichil ſic ſenſuũ acumen operatur/ nichil ſic egritudinẽ fugat: ſicut moderata refectio. Exceſſus in cibo frequẽter eſt occaſio ferculorũ multitudo: q̃ non ſolum anime ſcilicet etiam corpori eſt nociua. Seneca. Faſtidientis ſtomachi eſt multa deguſtare. Que vero varia ſunt/ ⁊ diuerſa ſunt: inquinãt/ non alunt. Eccl. 37. In multis eſcis erit infirmitas. Seneca de antiquis loquens ait. Simplex erat ex cauſa ſimplici valitudo: morbos multos multa fercula fecerunt.

Ultima pars huius capituli de modo ſumẽdi cibũ.

a Ad modũ ſumẽdi cibũ pertinent mundicia et tẽperãtia. Mundiciã ibi multi nõ ſeruant: de qb⁹ Hugo de ſancto victore. Quidã ferculorũ fruſtra adipem diſtillantia menſalibus inuoluũt aut ſuperinitiũt: aliȷ̃ vnctas manus ad veſtimenta ſua detergẽtes rurſus ad cibaria tractanda redeunt: aliȷ̃ nudis articulis coclearis viſce piſcantur. ita vt in eodem iure et manus ablutionem et ventris refectionem querere videantur: aliȷ̃ ſemiroſas cruſtulas cibariȷ̃s iterum infigunt et reliquias denſium ſuorum offas facturi in populis demergunt. Et ſubdit. Hec a decẽtibus erubeſcenda fuerãt: ſi a facientibus preſumpta non fuiſſent. Nunc autem ſuſtineant in audiendo verecundiam: qui in faciendo noluerunt habere diſciplinam. Idem. Temperantiam manducandi intelligimus/ ſi tractim homo et non cum nimia feſtinatione comedat. Ad hanc temperantiam pertinet refrenare nimium appetitum cibi et potus: et ſe non effundere ſuper eſcam. Eccleſiaſtici. 38. Noli eſſe auidus in omni epulatione et non te effũdas ſup

omen escam. Auguſtinus. Fieri poteſt vt ſine oī vicio cupiditatis vel voracitatis precioſiſſimo cibo ſapiens vtatur: inſipiēs autē fetidiſſime gule flāma in vtiliſſimū cibū inardeſcat: et ſanius quiſꝙ more dn̄i maluerit piſce veſci/ ꝙ̄ lenticula more eſau. Unde propter hoc cōtinētiores ſūt nobis plereꝙ beſtie: q2 vilioribꝰ eſcis aluntur. Effuſio vultus interioris aliqn̄ ſup eſcam eſt quādo animꝰ ad cibū ſic trahitur: vt aliud cogitare non ſinatur. Comitari ſolet fedā auiditatē inordinatio ſciendo panē et ſumēdo cibū et comedendo. Ualet cōtra hāc auiditatē pſalmi īterpoſitio cū aliqua oratiōe. Ad idem etiā valet auditꝰ ſacre ſcripture vel recordatio. In libro de vita ſolitaria. Cū manducas nequaꝙ̄ totus māduces / ſed corpore tuo ſuā refectionem procurante non omnino animā ſuam negligat: ſed de memoria ſuauitatis domini vel ſcripturarū aliquod eam paſcat meditando vel ſaltem memorando ſecum ruminet et digerat. Augꝰ. in regula. Cū acceditis ad menſam donec inde ſurgatis quod vobis ſecundum cōſuetudinem legitur ſine tumultu et contētione audite. nec ſole vobis fauces ſumant cibum: ſed et aures audiant verbum dei. Saluator dyabolo temptanti de peccato gule ait. Nō in ſolo pane viuit homo/ ſed in omni verbo quod procedit de ore dei: inſinuās cibum corporalem deſpiciendum eſſe propter ſpiritualem. Contempnentes cibum ſpiritualem et appetentes corporalem reprehendit Bernardus his verbis. Nobis conuenientibus ī vnū vt verbis apoſtoli vtar: iam nō eſt dominicā cenā māducare. Panem quippe celeſtem nemo eſt qui requirat: nemo qui retribuat/ nichil de ſalute agit̄ animarum/ ſed nuge et riſus proferuntur in ventum. Idem. Inter prandēdum quantū fauces dapibus: tantum aures paſcuntur rumoribus: quibus homo totus intentus modum neſcit in edendo.

¶ Secundi libri eruditionis religioſorum finis.

¶ Incipit terti⁹ liber/qui inſtruit religioſū cōtra aduerſariū. Et cōplectitur quatuor partes. In quarū prima oſtenditur ꝙ multū tēptentur mundum relinquentes/et ꝙ demones temptent homines. et hoc per duo capitula.

¶ Qꝫ multū tēptētur mundū relinquētes. Cap.i.

Oſtenſo quomodo qui in religiōe eſt ſe debeat habere ad mundū et ad corpus proprium nunc agendum eſt de temptationibus que multum ſolent vexare nouicium. Peſecut⁹ eſt Pharao cum magno exercitu filios iſrael qui receſſerunt ab eo. Exo. 14. Spiritus immundus multum deſyderat redire ad domum vnde exiuit:et vt illi qui eam contempſit poſſit preualere aſſumit ſeptem ſpirit⁹ nequiores ſe Math. 12. et Luce. 11. In deſerto temptatur ſaluator. Math. 4. Glo. In deſerto fit temptatio:quia non ante hoſtis ſe erigit ꝙ homo de mundo erit. Ideo accedenti ad ſeruitutē dei dicitur. Prepara animaꝫ tuam ad tēptationem. Eccl. 2. Gregorius in morū. Lucem rectitudinis:vmbra ſequitur temptationis.

¶ Qꝫ demones temptent homines. Cap.2.

c Irca tēptatiōes oſtendit primo ꝙ demones impugnant et temptant homines ¶ Secūdo ꝙ tēptationes amicis dei ſunt vtiles. Tertio oſtenduntur modi impugnandi quos temptator habet. ¶ Quarto quibus modis qui tēptatur repugnare debet. Oſtenſio primi multū eſt neceſſaria. Cū enī demones ſint inuiſibiles eorū pugna eſt inuiſibilis/nec ſenſu corporali ꝑcipitur:imo oportet vt ad lumē fidei oculis cordis manifeſtetur. Ignorantia hui⁹ impugnationis periculoſa eſt. Nō enī repugnat qui ſe īpugnari ignorat. Bern. Dyabolus quē videre nō poſſū. ⁊ ideo min⁹ cauere/tetendit arcū ſuū et in eo parauit ſagittas ſuas|narrauit vt abſconderet laqueos ⁊ dixit. Quis videbit eos? Hic

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ronimus. Tunc maxime impugnaris: cū te impugna-
ri neſcis. Grande periculum eſt iuxta ſe habere hoſtē
ſuum/ et neſcire hoc. ¶ Circa primum notandum ꝙ
impugnatio quam dyabolus facit homini certificari
poteſt ex tertio cap. Geñ. Ubi ſerpens mulierem de-
cepit/ vbi etiam dominus oſtendit oēm impugnationē
eſſe duraturam dicens. Inimicitias ponam inter te ⁊
mulierem: et ſemen tuū ⁊ ſemen illius. Scđo ex libro
Job. i. ⁊. 2. cap. vbi ſathan petijt a dño vt daret ei licē
tiam flagellandi Job. Item Math. ⁊ Luce. 4. vbi le-
gitur dyabolū tēptaſſe dñm. Et ſm̄ Aug⁹. Aſſumpſit
formam humanam: qđ permiſit dñs vt temptatio iſta
certior fieret. Itē. i. ad cor. 7. Reuertimini in idipm̄
ne temptet vos ſathanas. Et Ephe. 6. Non eſt nobis
colluctatio aduerſus carnem ⁊ ſanguinem/ ſed aduer
ſus principes et poteſtates tenebrarum harum. Et
Actuum. 5. Cur temptauit ſathanas cor tuum. Et de
beato Martino legitur ꝙ dyabolus multoties appa-
ruit ei in forma hūana. Similiter de beato Anthonio
cui apparuit in forma pueri nigri: ⁊ in forma animali-
um diuerſorum generum. Simile legitur de multis
alijs ſanctis.

¶ Secunda pars huius tertij vno tm̄ clauditur
capitulo. In quo oſtenditur ꝙ tēptationes ami-
cis dei multum ſunt vtiles.

Circa ſecundū notādū ꝙ tēptatio eſt mul-
tum vtilis. Bernardus. Neceſſe eſt vt tē-
ptationes veniant. Quis enī coronabitur
niſi qui legitime certauerit? Aut quomo
do certabit: ſi deſit qui pugnet? Quid mi
chi cū victoria: ſi nec in prelio fui? Impu-
dentiſſime michi arrogo vel gloriam ſine victoria: vel
victoriam ſine pugna. ¶ Tēptatio primo erudit. Ar-
morū experientia militibus ē neceſſaria. Job. 7. Mi-
litia eſt vita hoīs ſuper terrā. Judic. 3. Hec ſunt gētes
quas reliquit dñs vt in his erudiret iſraelē. Eccl. 34.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Qui nõ eſt tẽptatus quid ſcit? Ja eodem. Qui tẽptat⁹
nõ eſt qualia ſcit. ¶ Secũdo humiliat et ſic a ꝑcipitio
ſuꝑbie conſeruat. Grego. Dũ vicia nos tẽptãt: ꝑficiẽ-
tes in nobis virtutes hũiliãt. Idẽ. Jebuſeũ iſrael tolle-
rat: vt humana mens ⁊ ſe humiliat/ ſentiat dũ minima
non ſuperat. Cũ per tẽptationẽ hũilitas ꝑficit: proſpe-
ra eſt ipſa aduerſitas que mentem ab elatiõe cuſtodit.
Idẽ. Cũ tẽptamur vicijs diſpenſatione diuina nobiſcũ
agitur/ ne virtutibus quibus ꝑficimus extollamur. 2.
ad Corin. 12. Ne magnitudo reuelationũ extollat me:
datus eſt michi ſtimulus carnis mee. ⁊c. ¶ Tertio ne-
gligentiã repellit. Unde glo. dicit ſuꝑ illud pſal. Pro-
ba me domine ⁊ tẽpta me. Niſi tẽptaremur negligẽtes
eſſemus. Timor hoſtiũ facit hoĩes vigilãtes. ſecuritas
vero facit eos pigros. Math. 27. Uigilate et orate ne
intretis in tẽptationẽ. ¶ Quarto virtuti adicit. Sene
ca. Multũ ſibi adicit virtus laceſſita. Canis prouoca-
tus bellicoſior efficitur. Grego. Ignis flatu premit: vt
creſcat aqua inuento obſtaculo/ maiores vires exer-
cet. Sic certamẽ temptationis occaſio eſt: vt ei qui tẽ-
ptatur gratia augeatur. 1. ad Corin. 10. Fidelis deus eſt
qui non patietur vos tẽptari ſupra id quod poteſtis/ ſꝫ
faciet etiam cum tẽptatione prouẽtũ: vt poſſitis ſuſtine
⁊c. ¶ Quinto virtutẽ hominis notificat. Deutero. 13.
Tẽptat vos dñs de⁹ veſter vt palã ſciat ſi diligatis eũ
an non. Grego. Nemo vires ſuas in pace cognouit. Si
enim bella deſunt: virtutũ experimẽta nõ ꝓdeũt. Idẽ.
Mira nobiſcũ diſpenſatione agitur: vt mẽs noſtra non-
nunꝗ̃ pulſatione culpe feriatur. Nam eſſe ſe magnarũ
virium vł virtutum homo crederet: ſi nullũ vnꝗ̃ carũ-
dẽ viriũ defectum intra mẽtis archana ſẽtiret. ¶ Sex-
to deũ glorificat. In pſal. Eruã te ⁊ honorificabis me.
¶ Septimo populũ edificat. Tho. 2. Hãc tẽptationem
ideo permiſit euenire illi de⁹ vt poſteris daretur exẽ-
plum patientie eius. ¶ Octauo ei qui temptatur hono-
rem in preſenti acquirit. Unde legitur de beato An-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

thonio: qui cũ quadã nocte a demonibꝰ eſſet laceratꝰ ſubito venit radiꝰ lucis ⁊ demones ⁊ tenebras effugauit: ſtatiq̃ xp̃m p̃ſentẽ intelligẽs dixit. Ubi eras bone ieſu vbi eras? Quare a p̃ncipio nõ affuiſti vt curares vulnera mea? Et vox ad eũ ait. Anthoni hic erã: ſ; exoptabã videre certamẽ tuũ. Nũc aũt ꝙ viriliter dimicaſti faciã te in toto orbe noĩari. ¶ Nõ oĩ futuro coronat. 2. ad Thimo. 2. Nõ coronabit̃ niſi q̃ legitime certauerit. Et iaco. 1. dicit̃ de ſufferẽte tẽptationẽ. ꝙ cũ ꝓbatꝰ fuerit accipiet coronã vite. Thobie. 3. Hoc ꝓ certo habet oĩs q̃ colit te: ꝙ vita eius ſi in ꝓbatiõe fuerit coronabit̃: ſi aũt in tribulatiõe fuerit liberabit̃/ et ſi in correptione fuerit ad miſericordiã tuã venire licebit.

¶ Tertia pars huiꝰ libri tria in ſe habet cap. In quoꝝ primo dicit̃ ꝙ dyabolꝰ mẽdacijs multũ vtit̃: ⁊ aliqua mẽdacia ſpecificant̃. Cap. 1.

CIrca modos impugnandi quos dyabolus habet eſt notandum ꝙ dyabolus multum vtitur mendacijs temptando. Johan. 8. Ipſe mendax eſt ⁊ pater eius. Mendacio vſus eſt temptãdo mulierem cum ait. Nequaq̃ moriemini. Geñ. 3. Item temptando ſaluatorem. Hec omnia tibi dabo ſi cadẽs adoraueris me. Math. 4. Illi qui eſt in peccato promittit longam vitam vt differat venire ad penitentiam. Hec eſt promiſſio nequiſſima que multos perdidit. Eccl'iaſtes 29. Cum pater celeſtis tempora et momenta in ſua nõ in dyaboli poteſtate poſuerit: valde fatuus eſt qui credit dyabolo de ſua futura vita diſponenti. Valde fatuum eſt credere mendacio quo dyabolus plus q̃ꝫ centum milia hominum duxit ad infernum. Dicebat eni; eis: bene adhuc facietis penitentiam: et voluntatem et ſpem habebant faciendi eam: nunc vero in inferno ſunt et non poſſunt facere eam. Licet deus peccatori ſi penituerit promittat peccatorum remiſſionem: tamen non permittit ei craſtinum diem. Hi q̃ penitẽtiã



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

diem. Si qui penitentiam aſſumpſit/ nititur dyabolus ſuadere vt abiciat onus penitentie. Ad quod multis fraudibus vtitur. ¶ Primo mentitur exonerationem eo quod non eſt exoneratio/ ſed leuis oneris in grauiſſimum onus commutatio: vt feſtuce in trabem vel montem. Unde ille qui temptatur debet dicere temptanti. Si hoc onus depoſuero: nunquid ſine onere ero? Cui queſtioni ſi plane reſpondere voluerit/ dicere poterit. Immo ponetur ſuper te mons magnus. s. infernalis pena monte grauior. Apocalipſis. 6. Dicent montibus cadite ſuper nos et abſcondite nos a facie ſedentis ſuper thronum et ab ira agni/ quoniam venit dies magnus ire ipſorum. Bonum eſt ergo leue onus ferre/ vt tantum onus poſſimus vitare. Apocalipſis. 2. Non mittam aliud pondus ſuper vos: tamen id quod habetis tenete. ¶ Secundo ea que diuiſim portanda ſunt ſimul oſtendit dicens. Quomodo hoc poſſis portare tot annis? Cui dicendum eſt. Hoc hodie cum dei adiutorio portabo: et cras tantundem portabo leuius cum dei adiutorio propter aſſuetudinem. Sic vbi fallitur compoſitio/ ſoluit diuiſio. Math. 6. Sufficit diei malicia ſua. ¶ Tertio virtutem hominis a dei virtute diuidit dicens. Tu debilis es: nullo modo poſſes hoc portare. Cui dicendum eſt. Si intelligis mea virtute ſola/ dicis verum: cum ſcriptum ſit Johannis. 15. Sine me nichil poteſtis facere. ſi vero intelligis quod non poſſim dei virtute adiutus euidens eſt mendacium. Phil. 1. Confidimus in domino Jheſu quoniam qui cepit in nobis bonum opus perficiet. Eiuſdem. 4. Omnia poſſum in eo qui me confortat. ¶ Quarto ſpoliationem mentitur exoneratione: ſicut quando latro ſimplicem ſcolarem exonerat cappa ſua. Aurum vel lapides precioſos debes reputare penitentiam quam tibi vult auferre. Unde debes eum cauere: ſicut ſpoliatorem rei precioſiſſime. Apocal. 3. Suadeo tibi a me emere aurum. Aurum emere eſt fructum penitentie preparare.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Hoc q̄rit pōd⁹ diminuere/ ad qđ celeſte gaudiū tibi tradēdū eſt. 2. ad cor. 4. Id qđ in p̄nti eſt momētaneū ꝛ leue tribulatiōis nr̄e ſupramodū in ſublimitate eternum glorie pondus operatur in nobis.

¶ De quatuor tēptationib⁹ dyaboli. Cap. 2.

m Ultiplicē dyaboli tēptationē oſtēdit Bern. loquēs de illo verbo p̄s. Scuto circūdabit te veritas eius non timebis ꝛc. Sunt inquit quatuor temptationes in quibus vndiq̄ circundati neceſſe habemus ſcuto dn̄i circundari ante ꝛ retro: a dextris et a ſiniſtris. Timor afflictionis nocturnus et plane tenebroſus: quia abſcondit ab oculis ꝙ non ſunt condigne paſſiones huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis/ ſed facile hanc radius veritatis exſufflat. Ingerit enim oculis cordis nunc peccata q̄ fecimus/ nunc eterna ſupplicia/ nunc eterna premia/ nunc ea que pro nobis pertulit xp̄s. Ad lucē ergo tam multiplicis veritatis nox receſſit. Sed tunc ſagitta q̄ in die leuiter volat nō leue vulnus infligit. Hec ſagitta eſt vana gloria: quā oportet cauere feruētiores: nec deſerant ſcutū veritatis. Quid eni tam cōtrariū vanitati? Et ſubdit. Primo a ſiniſtris pulſat dyabolus puſillanimitate/ deinde a dextris humanis laudibus. Si ſic/ nō p̄ficit: dicit. Virib⁹ deicere nequeo/ ſꝫ forte deicere potero alicuius ingenio proditoris. Negociū perambulās i tenebris ē ambitio/ ſubtile malū ſecretū virus peſtis/ occulta doli artifex/ mater ypocriſis/ liuoris parēs/ viciorū origo/ criminū fomes/ virtutum erugo/ tinea ſanctitatis. Contēpſit eni ait vanā gloriā qm̄ vana eſt: forte aliquid ſolidius affectaret/ forte honores/ forte diuitias. Quid ſit veritas inueſtigat hūc proditorē et negociū arguit tenebrarū: ꝛ nō reſiſtat callido inimico. Quid nititur cōtra eos q̄s videt oīmodis diligere iuſtitiā ꝛ odiſſe iniq̄tatē: niſi vt iniq̄tatē palliet v̄tutū ymagine. Quos eni nouit p̄fectos boni amatores malū eis ſub ſpecie boni nō mediocris



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſed pfectiſuadere conat̄: vt facile qui currit incurrat 2.ad cor.11. Ipſe ſathanas trāſfigurat ſe in angelū lucis. Sola aūt eſt veritas q̄ palliatā detegit veritatē.

¶ Q: quinqȝ aduertenda ſunt ⁊ timenda circa dyaboli impugnationem. Cap.3.

c Irca dyaboli impugnationē quinqȝ nobis aduertēda ſunt ⁊ timēda.ſ.doloſitas/crudelitas/cōtinuitas/varietas/⁊ vniuerſitas. Doloſe impugnat nō ſolū qꝛ mēdacijs vtit̄ vt prius oſtēſum eſt: etiā quia tortuoſe īcedit: nec agnoſcere ab eo q̄ tēptatur q̄d intendit. Prouer.30. Tria ſunt mihi difficilia ⁊c. vnum illorū eſt via colubri ſupra petrā. Gloſa. Viā colubri vocat venerati hoſtis aſtuciā que inſidiari nō deſinit his quos in petra fundatos eē ꝯſpicit. Itē qđ delectabile eſt ꝓpon.t; qđ moleſtū eſt ſubijcit. Eccl.9. Sicut piſces capiū tur hamo/⁊ ſicut aues capiūtur laqueo, ſic hoīes capiūtur tēpore malo ſcȝ tēpore tētationis: Piſces capiuntur eſca hamo ſuperpoſita. ¶ Secūdo crudeliter ⁊ immiſericordit̄ īpugnat: vt patet in Iob/ cui abſtulit ſua ⁊ ſuos ⁊ afflixit in ꝓpria ꝑſona. Et ſi in aliquo videt̄ parcere etiā in hoc intendit impugnare: vt pateti vxore Iob quā ei reliq̄t ꝑ quā eū poſtea impugnauit: qui dixit ei cū amiſiſſet ſua ⁊ ſuos ⁊ percuſſus eſſet vlcere peſſimo. Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua. Bn̄dic deo et morere Iob. 2. Irriſio eſt quaſi dicat. Si pſeueraueris i bn̄dictōe tua morieris. ¶ Tertio cōtinue impugnat. Bern̄. Tot tēptationibus plena eſt vita noſtra: vt nō immerito tota ipſa debeat tēptatio appellari. Grego. Dyabolus aſſidua temptatione nos tēptat: vt ſaltē tedio vincat. ¶ Quarto varijs impugnationibus impugnat: vt quem non vincit vna vīcat altera. Paulinꝰ eps Auguſtino ait. Hoſtis noſter cui mille ſunt nocendi artes: tam varijs expugnandus eſt telis/q̄ impugnat inſidijs. Ipſe tēptat ſcđm complexionem: vel mores vel ſtatum hominis. Grego. Intuet̄ inimicꝰ humani generis vniuſcuiuſq̄

mores cui vicio ſunt propinqui: et illud ponit ante faciem ad quod cognoſcit facilius inclinari mentem: vt blandis ac letis moribus ſepe luxuriam: nonnunꝙ vanam gloriam / aſperis vero mētibus irā ſuperbiaꝫ vel crudelitatē preponit / eos qui ſunt in paupertatis deſerto incitat ad irā vel impatientiā: vnde eius temptatio talibus eſt ventus vrēs. Deuto. 8. dicitur de ſolitudine in qua fuerunt filij iſrael | ꝙ in ea erat ſerpens flatu adurens. His q̄ ſunt in proſperitate ſuadet pigriciam / et talibus eſt tēptatio vt vent⁹ aquilo. Eccl. 43. Uētus aquilo flauit et gelauit criſtall⁹ ab aqua. Illos quos videt feruētes ad bonū incitat ad hoc vt aſcendant: vt de alto poſſit eos precipitare: quod eſt multū periculoſuꝫ. Bern. ſuper cāti. Nō habet callid⁹ hoſtis machina mētū efficatius ad tollēdū de corde dilectionem: ꝙ ſi efficere poſſit ꝙ in ea incaute ambulet et nō cū rōne. Ephe. 5. Uidete fratres quō caute ambuletis 1. petri. 4. Nolite peregrinari i feruorē q̄ ad tēptationē vobis ſit. ¶ Quinto impugnatio eius vniuerſalis eſt: vnde dicit vt ſagena q̄ eſt rete totā aquā occupās Abacuch. 1. Expandit ſagenā ſuā ꝛ ſemper interficere gētes non ceſſat. Impugnatio eius vniuerſalis eſt ꝙtum ad tēpus. Bern. in ſermonibus. Premonitos vos eſſe volo neminē ſuper terram abſꝙ tēptatione eſſe victurum: vt cui forte tollitur aliqua alia ſecurus expectet / aut forte non ſecurus | ſed pauidus magis / ꝛ ſic petat ab ea liberari / vt nunꝙ ſibi in corpore mortis huius libertatem perfectā ſeu requiem audeat polliceri. Qua in re conſideranda nobis eſt tā benigna erga nos diuine pietatis diſpenſatio: vt quibuſdam tēptationibus nos patiatur diucius occupari ne forte periculoſiores occurrant: ab aliquibus vero citius liberet vt poſſimus alijs quas nobis vtiliores forte prouidet exerceri. Impugnat dyabolus non ſolū vigilantes: ſꝫ etiā dormiētes. Grego. Sctōs q̊s min⁹ valet vigilātes graui⁹ tēptat dyabol⁹ dormiētes. Nō benigne ꝓmi



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tit dñs ne ſaltē ſomnus a paſſiōibus primo vacet. Suſtinentia paſſionis que eſt in dormiente per ſe nō habet meritū: ſed repreſſio que eſt in vigilante cius ad quod incitatio facta eſt vnde occaſionaliter dictū eſt verbū. Gregorii. In fine vite fortius impugnat: ſciēs quod ſi nunc aliquem vicerit poſt nō vincetur ab eo. vnde dicitur calcaneo inſidiari quod eſt pars extrema corporis. Geñ. 3. Grego. Sciendum ꝙ plerunqꝫ eis quos cepit tunc grauiores culpas ingerit: cū preſentis vite termino illos appropīquare cognoſcit. ¶ Itē vniuerſalis q̄tum ad loca. Job. 1. Circuiui terram et perambulaui eam. 1. petri. 5. Circuit querens quē deuoret. Temptat in deſerto/ ciuitate/ etiam in loco ſacro: vt patet in temptationib9. Chriſti. Math. 4. Itē vniuerſalis eſt q̄tum ad perſonas. Impugnat enim diuites et pauperes. Pauperes capit eorū ditationem procurando: vt occaſione diuitiarum fiant mali Difficile enim eſt non corrumpi a contubernio earū. Abacuch. 1. Ipſe ſuper omnem munitionē ridebit cū portabit aggerem et capiet eam. Diuites et potentes ſuperat: qꝛ diuitiis et potentia faciēs eos abuti quaſi proprio gladio eorū ipſos vulnerat. Abacuch. 1. Ipſe de regibus triumphabit et tyranni erūt ridiculi eius. Ipſe illos potius nititur acquirere per quos ſperat ſe plures acquiſiturum ſcꝫ illos qui preſunt. 1. Regū. 31. Totum pondus belli verſum eſt in ſaul. 3. Regū. 22. Non pugnabitis contra maiorez vel minorem quempiam niſi contra regem iſrael. Item magis impugnat ſanctiores. Gregorius. Creſcentibus virtutibus magis ſeruit dyabolus ad temptandum. Et ſuper illud. Job. 4. Abſorbebit fluuium ꝛc. Antiquus hoſtis pro magno non habet cum ſub iure ſue tyrannidis terrena querentes tenet qui per ipſa vite ſue ſtudia deorſum querūt: ſed illos magnopere rapere nititur quos deſpectis terrenis ſtudijs iam iungi celeſtibus contēplatur. ¶ Uniuerſalis eſt etiam impugnatio q̄tū ad

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

es quib⁹ ĩpugnat/ vtitur eni ad ipugnanduȝ et boĩs ⁊ malis. Sapientie.14. Creature dei ĩ odiũ facte ſunt et in temptationem anime hominum et in muſculam pedibus inſipientium. Omnibus ſe iuuat dyabolus cõtra homines: quibus homines contra ipſum ſe debuerunt adiuuare. Etiam propinquiſſimi eorum dyabolũ iuuant. Ipſe ꝓcurat vt hoĩes donis dei contra deum vtãtur et bonis proprijs in malum propriũ abutẽtur. Maxime poteſt in amatoribus terrenoruȝ. Unde dictum eſt Geñ.3. Terrã comedes. Job.18. Abſcondita eſt in terra pedica eius. Iſa. Laqueus ſuper te qui habitator es terre. Econtrario dicit. Prouer.1. Fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum.

¶ Sequitur quarta pars huius libri: que cõtinet ſex capitula. In quoꝝ primo agit de modo repugnandi ſerpenti infernalis per contritionem capitis. Cap.1.

De modo repugnandi dyabolo. Circa qd primo notandum eſt ꝙ conueniẽtiſſimus modus repugnandi ſerpenti infernali eſt per contritionem capitis eius: quem modum docet dñs. Geñ.3. loquens ad ſerpẽtem de muliere que figurã tenet eccleſie. Ipſa conteret caput tuum. Serpens preceteris caput cuſtodit. Et nõ eſt caput nequius ſuper caput colubri. Eccl'.25. Ideo totis viribus debemus conari ad eius contritionem. Caput vero intellige vel ſuperbiam/ vel principium temptatiõis: vel peccatum cordis anteꝗ̃ per locutionem/ vel operationem/ exierit extra.

¶ Cõtritio capitis primo modo ſcȝ deſtructio ſuperbie multum valet ad repugnandũ ei: et hanc facit humilitas/ que multum valet ad triumphandum de dyabolo. Humilitas gloriam victorie tantum deo attribuit: et propter hoc totum pondus prelij eidem imponit. Cuius enim eſt victore gloria/ eſt ⁊ pugna. Humilibus a deo adiutorium gratie datur a quo ſuperbis



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

reſiſtitur ideo non eſt mirū ſi humilitas triumphet ⁊ ſuperbi vincantur. Jaco. 3. Deus ſupbis reſiſtit humilibus aūt dat gratiā. Item caput ſerpentis infernalis eſt cōterendū: q2 in pricipio temptationis eſt ei reſiſtēdū. Poeta. Pricipijs obſta ſero medicina paraẗ. Cū mala p longas cōualuere moras. Grego. in mo. Si tēptationi in corde naſcēti feſtine nō reſiſtitur: hac eadē qua nutritur mora roboratur. In Pſal. Beatus q̄ tenebit et allidet paruulos ſuos ad petraꝫ. Dyabolus quaſi paruulꝰ eſt in principio tēptationis: vñ tūc facilius pōt occidi in hoīe. In monte primogenitorū liberati ſunt filij iſrael de ſuitute pharaonis. Exo. 12. Primogenita pharaonis infernalis ſunt principia tēptationū: quibus ſi viriliter reſiſtatur cito liberaẗ homo a dyabolo. Qui vero in principio nō reſiſtit ei. vix ab eo ſe expedit. Hiero. Lubricus eſt antiquus ſerpens: et niſi capite teneaẗ totus ſtatim illabitur. ¶ Conterendum eſt etiam caput ſerpentis infernalis: vt pctm̄ cordis ante deſtruatur: q̄ per locutionē vel operationem extra egrediatur. Sūmopere debet hō cor cuſtodire ſicut caput ſuū iuxta āmonitionē illā. Math. 10. Eſtote prudētes ſicut ſerpētes. Dyabolus tanq̄ ſupbus et ambitioſus ſupremā partē noſtri. ſ. cor obtinere nititẗ tanq̄ arcē in caſtro noſtro: vt in oībus pfecte dñetur. Unde cū cordi cogitationes immittit: affectū ad malū incendit. Grego. ſuper illud Job. 19. Simul venerūt latrones eius ⁊ fecerūt viā per me. Maligni ſpūs q̄ exquirēdis hoīm mortibus occupanẗ / qui vitā ſibi in afflictorū cordibus faciūt inter aduerſa q̄ exterius tolerātur / cogitationes prauas imittere nō deſiſtunt. Itē Grego. ſup illud Job. 41. Alitꝰ eiꝰ pruinas ardere facit ⁊ flāma d̄ ore eiꝰ egrediẗ. Quid pruinas niſi ſuccēſas in terrenis ꝯcupiſcētijs reproboꝝ mētes appellat? Tanto igitur leuiataꝫ in pruinas dat quanto anniſu ſuggeſtionis occulte humanas mentes ad illicita inflāma. Flāma oris eius eſt inſtigatio occulte

locutionis. Damaſus. Poteſt eſt dyabolus imiſſiones facere: in nobis aut ea ſuſcipere vel nõ ſuſcipere. Aug⁹. Dyabolus plenus eſt incentiuis viciorum. ¶ Et notãdum q̃ cogitationes male diuerſis de cauſis in corde inſurgũt. Una cauſa eſt corruptio: que eſt ex peccato primorũ parentum. Illud enim Geñ.3. Spinas et tribulos germinabit tibi: intelligitur de terra quam geſtamus. In vtraq̃ enĩ inutilia vel noxia gratis naſcuntur: vtilia vero cum labore. Aliqñ vero inſurgunt occaſione rerum viſarum vel auditarum vel alio ſenſu corporeo perceptarũ. Cum enim aliquis ad mẽtẽ redit volẽs intẽdere orationi vel meditationi: vix poteſt ſe expedire ab his quibus videndo / vel loquendo / vel audiendo paulo ante intentus fuit. Limoſa enim eſt ſubſtãtia aĩe ſicut et corporis: et quicquid contrectat facile ei adheret: iuxta verbum Berñ. Aliqñ inſurgunt inſtinctu dyaboli / vt prius oſtenſum eſt. In libro de eccleſiaſticis dogmatibus. Non omnes cogitationes noſtre male ſẽper dyaboli inſtictu excitantur: ſed aliquãdo ex noſtri arbitrij motu emergunt. Cõcupiſcentia etiam eſt cauſa malarum cogitationum in nobis. In vitis patrũ quidam frater dixit abbati ſuo. Quare nõ recedũt a me tẽptationes? Et dixit ei ſenex q: vaſa carũdẽ tẽptationũ intra ſe ſunt. Hec vaſa intelliguntur cõcupiſcẽtie vnde cogitationes oriũtur. Ubi enĩ amor ibi ocul⁹. In libro de vita ſolitaria. Qui redit ad cõſciẽtiã ſi nondũ vicit cõcupiſcentiã ſuã ĩuenit ibi de cõcupiſcẽtia ſua vel ſuaues delectatiões vel graues corroſiones: et ĩde multiplicat cogitatiões. Qui vero iã cõcupiſcẽtiã vicit q̃diu tñ maioris boni cõcupiſcentiã vel maior delectatio mentẽ nõ obtinuerit: cũ exoſa quadã voluptate geſtorũ viſorũ / auditorũ patiẽ imaginationes. Uñ in vtroq̃ lũbi iplẽtur illuſiõibus delectationũ: ⁊ ad cogitãda diuina vel ſpiritualia lumẽ oculorũ ſuorũ ipm nõ eſt ſecum. Una etiã cogitatio eſt cauſa aliarum. Quidã frater interrogauit ſenẽquẽdam. Quid faciã q: multe cogita-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tiones ſollicitant me: et neſcio quomodo repugnē eis? Qui reſpondit. Non repugnes contra omnes / ſed cōtra vnam: que eſt caput aliarum. ¶ Contra cogitationes malas luctari nos oportet. In vitis patrum dixit quidam ſenex de antiquis patribus. Non ſumus eradicatores cogitationum: ſed luctatores. In eodem dicit quidam abbas. Si cogitationes non habes ſpem non habes / quoniam ſi cogitationes non habes opera non habes. Unde remedium contra malas cogitationes eſt ꝙ non permittātur exire extra per locutionē vel cogitationem. In vitis patrum dixit abbas paſtor cuidam abbati. Sicut capſa plena veſtibus ſi dimiſſa fuerit tēpore longo putreficiūt veſtes in ea: ita ſimiliter cogitationes in cordibus noſtris ſi non fecerimus eas tempore longo exterminabuntur. Idem ad abbatem ioſeph Sicut ſi quis claudat ſerpētem vel ſcorpionem in vaſe et obſtruerit illud procedente tēpore ſerpēs morietur: ita male cogitationes que ſtudio demonum pullulant patientia eius cui immituntur paulatim deficiunt. Et ſpecialiter expedit ꝙ cogitationes iracundie: ad verba non precedant. Requiſiuit quidā frater abbatem iſaac quare eum tantum demones timerent. Qui reſpondit. Ideo me timēt demones: quia ex quo factus ſum monachus ſtatui apud me ne iracundia mea extra me procederet. Super illud Prouer. 12. Fatuus ſtatim indicat irā ſuam dicit gloſa. Natura ire eſt vt prolata feruc at: occultata langueſcat. Aliud remedium eſt reuelare eas ſanctis patribus. Unde quidam ſeniorum cuidam impugnato a ſpiritu fornicationis dixit. Fili non abſcōdas cogitationes tuas / ita enim confuſus ſpiritus immundus diſcedet a te. Nichil ita cōfudit et allidit virtutem demonum: quomodo ſi quis ſecreta immundarum cogitationū ſuarū reuelauerit ſanctiſſimis ac beatiſſimis patribus. Aliud remedium eſt meditatio ſacre ſcripture. In libro de vita ſolitaria. De quotidiana le-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ctione aliquid in ventre memorie eſt dimittendum quod fidelius digeratur: ⁊ rurſum reuocatum crebrius ruminetur/ quod propoſito conueniat: quod intentioni proficiat: qđ animum detineat vt aliena cogitare non libeat. In Pſal. In lege eius meditabitur dic ac nocte. Item. In corde meo abſcondi eloquia tua vt non peccem tibi. Et notandum ꝙ cogitationes bone multum faciunt ad robur et decorē anime/ cogitationes vero male quibus non reſiſtitur faciunt ad corruptionē et debilitatem anime. Sampſon raſis crinibus debilis fuit. Judic. 16. Crines caput cordis ornantes/ ſunt ſancte cogitationes. Seneca. Cogitationes vagas et inutiles et velut ſomnio ſimiles non recipies/ quibus ſi oblectaueris animum tuum cum omnia diſpoſueris triſtis remanebit. Hiere. 4. Uſqꝫ quo morabuntur in te cogitationes noxie. Iſa. 1. Auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis.

¶ Et notandū ꝙ qñqꝫ aliquis tēptatur cogitationibus anime exoſis ⁊ moleſtis q̄ magis eſſe penales videtur q̄ culpabiles / quibus dyabolus affligit aīam cui ſcit diſplicere dei continentiam/ quaſi conuiciando deo ⁊ blaſphemando eum coram ea/ quod fieri poteſt nō ſolum ſine anime periculo/ ſed etiā cum merito. Cōtumelia enim creatoris ab inimico eius dicta coram dei amico dicta cui diſplicet multū/ non eſt cauſa ꝙ deus offendatur ei qui ex ea moleſtatur. Legit in vitis patrum ꝙ quidā cuidam abbati apperuit ꝙ ſpiritu blaſphemie impugnaret. Cui abbas ait. Quādo hec cogitatio te arripuerit dic. Blaſphemia iſta ſup te ſit ſathana. Hanc enim cauſam aīa non vult. Et innuitur his verbis duplex cauſa quare nō eſt tm̄ periculum in iſta plaſphemia ſicut multi credunt. Una eſt qr aīe nō placet: ſed vehemēs timor offenſe diuine adducit has cogitatiōes aīe nolenti/ ſicut hoī timido q̄ eſt in tenebris ſolus adducit timor terribilia ante oculos cordis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

licet hoc ſibi multum deſpiceat. Preterea ille blaſphe-
mie dyaboli ſūt quaſi conuiciantis deo. vnde diſplicē-
tia mereri poteſt qui eas audit. Contra hanc tempta-
tionem eſt neceſſaria patientia: que ſi deſit poterit ac-
cidere ꝙ cooperabitur dyabolo ira ipſius qui has co-
gitationes patitur: et erit tunc ipſius culpa.

¶ De quibuſdam que multum valent ad triumphan-
dum de dyabolo. Cap. 2.

s Ecundo ad repugnandum dyabolo multum va-
let honeſta occupatio. Eſt eni velut mur⁹ prohi-
bens ne tēptator acceſſū habeat ad ſeruū dei. Hō ocioſ⁹
eſt ſicut villa abſqꝫ muro. Ezechielis. 18. Aſcendā ad
terram ſine muro: veniam ad quieſcentes habitātesqꝫ
ſecure. Hiero. Sēper aliquid boni operis facito: vt te
dyabolus inueniat occupatum. Ephe. 4. Nolite locum
dare dyabolo. Aug⁹. Nō facile capitur a temptatore:
qui bono vocat exercitio. In libro de vita ſolitaria.
Omniū tēptationū et cogitationū malarū et inutilium
ſentina eſt ocium. Sūma enim mentis malicia eſt ociū
inhers. Nūqꝫ ocioſus ſit ſeruus dei. Job. 40. Circun-
dabunt eum ſalices torrentis. Salices torrentis ſunt
homines infructuoſi et ī aquis deliciarum nutritē: qui
ſunt circa dyabolum parati ei obedire. Quātū cauen-
dum ſit ocioſitas patet ex illo verbo ꝓuer. 12. Qui ſe-
ctatur ociū ſtultiſſimus eſt. Non dicit ſolum ſtultus:
vel ſtultior ſed ſtultiſſimus. Aduertenda eſt triplex ſtul
titia in ocioſo. Prima eſt ꝙ vite eterne ꝓuidere neceſ-
ſaria negligit. Secunda eſt ꝙ hoſtibus ſuis ſe exponit
vt prius oſtenſum eſt. Tertia ꝙ hoſtes ſuos paſcit et nu-
trit: vicia. ſ. q̄ ocio nutriuntur et īpinguantur vt boues
et cetera aīalia. Sicut difficile vel impoſſibile eſt caue-
re ne inutilia in agro naſcantur niſi per diligentē cultu-
rā procuretꝰ. vt vtilib⁹ īpleatur/ ſic difficile vel impoſſi-
bile eſt cauere a malis niſi hō occupetꝰ bonis. Prouer.
24. Per agrū hominis pigri tranſiui: et ꝑ vineam viri
ſtulti: et ecce totum repleuerāt vrtice: operuerāt ſuper-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ficiem eius ſpine. In vitis patrũ dicebat quidam ſenex ꝙ tres ſunt virtutes ſathane. Prima eſt obliuiõis. Secunda negligẽtie. Tertia ↄcupiſcentie. Dyabolus vt in obliuionem inducat rapit ſemẽ verbi dei de corde hominis. Math. 13. et Luce. 8. In negligentibus vero zizaniam ſeminat Math. 13. Cum dormirent homines venit inimicus et ſuperſeminauit zizaniam. Concupiſcentia vero inflammat vt prius oſtẽſum eſt. ¶ Seruꝰ dei qui eſt in religione ocioſitatem timens que multa mala docuit eligendo ſibi operationem talem debet eligere que eum occupet: et potius que occupet animũ ꝙ̃ corpꝰ. Debet etiam eligere talem que habet vtilitatem. In libro de vita ſolitaria. Pro vitãdo ocio ocioſa ſectari ridiculum eſt. Spiritualia etiam exercitia debꝫ proponere corporalibus: et inter corporalia illa que ſũt propinquiora ſpiritualibus. In eodem libro. Non vir propter mulierem: ſed mulier propter virum. Non ſpiritualia excercitia ſunt propter corporalia: ſed propter ſpiritualia corporalia. Propterea ſicut viro creato collatum eſt auditorium ſimile ſibi et ex ipſa ipſius hominis ſubſtãtia: ſic etiam ad auditorium ſpiritualis ſtudij neceſſaria ſunt corporalia. Nõ tamen ſemper in hoc cõuenire videntur omnia corporalia exercitia: ſed que cum ſpiritualibus propinquiorem / videntur habere ſimilitudinem et affinitatem: vt ſcribere quod legatur. Subtilia enim excercitia et opera ſicut ſenſus diſtrahunt / ſic ſepe ſpiritum exhauriunt. In eodem. Queris quid agas / in quo te occupes. Primum extra quotidianum ſacrificium orationuꝫ et lectionis ſtudium cõſcientie quotidiane diſcuſſioni emendationi compoſitioni pars ſua diei neganda non eſt: deinde operandũ etiam manibus aliquid quod iniungitur / nõ tam quod animum delectando detineat ꝙ̃ quod ſpiritualibus ſtudijs delectatiõem conſeruet et nutriat / in quo remittat ad horã animus nõ vt reſoluatur vnde ſe facile mox vt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſibi ad ſeipſum redeundum eſſe viſum fuerit expe-
diat/ abſq contagio contracte dilectionis vel memo-
rie imaginantis. Debet etiam ſeruus dei cum opera-
tur non ſolum attendere ad id quod agit/ ſed etiam
ad id pro quo agit. In eodem libro. Serius animus
et prudens ad omnem ſe comparat laborem/ nec in eo
diſſoluitur ſed per eum magis in ſeipſum colligitur/
qui ſemper pre oculis habens non tam quod agit q
quod agendo intendit. Omnis conſumationis atten
dit finem/ quo inquantum verius nititur/ in tantum
fidelius et feruentius manibus operatur.

¶ De vigilantia que valet ad idem.

Contra impugnationem dyaboli multũ eſt ne-
ceſſaria vigilantia. Cum timor hoſtium viſibi-
lium qui ſunt minoris potentie aſtucie et malicie fa-
ciat homines vigilare armatos et ad ſuam defenſio-
nem paratos / quid debet facere timor inuiſibilium
hoſtium. i. Machabeorũ. 12. Precipit Jonathas ſuis
vigilare/ eſſe in armis paratos ad pugnã. Math. 20.
Vigilate et orate vt non intretis in temptationem
i. Petri. 5. Vigilate quia aduerſarius veſter dyabo-
lus tanq leo rugiens circuit querens quem deuoret.
Cum non dormiat qui impugnat/ dormire nõ debet
ſomno pigritie vel negligentie qui repugnat. Gre-
gorius. Vigilandum ſemper eſt/ vt mens ſollicita nũ-
q relaxetur ab intentione ſuperna. Semper contra
occultas inſidias cautela eſt puidẽda. Abacuc. 2. Su
per cuſtodiã meã ſtabo. Canti. 3. Uniuſcuiuſq enſis
ſuper femur ſuum. Pugna iſta multũ eſt habenda in
memoria. Job. 40. Memẽto belli. Habẽda eſt memo
ria huius pugne in mane vt premuniamus nos orõne
tanq campũ certaminis ingreſſuri. Item in veſpere vt
deo gratias agamus ſi de hoc eſt triũphũ habuerim⁹.
Si vero victi fuerimus non debem⁹ intrare lectũ/ do-
nec deo per humilem penitentiam reconciliati ſimus.
Timendũ eſt valde in poteſtate inimici ſui obdormi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

re. Quaſi continue habenda eſſet huiuspugne memoria. Valet enim ad hoc vt homo ſit humilior cautior et deuotior. Humilior eſt qui ſine gloriatione eſt: ſciens ſe eſſe adhuc in prelio. 3. regum. 20. Non glorietur accinctus eque vt diſcinctus. Cautior eſt intelligens ſe pugnam habere cum hoſte calidiſſimo. Bernardus. Magnum diſcrimen aduerſus dyabolice fraudis aſtutias tam crebros immo tam continuos ſuſtinere conflict⁹ quem tam aſtutum fecit tam ſubtilis natura ꝙ malitie huius exercitatio longa. Deuotior eſt deo quem vite ſue cognoſcit protectorem: cum hoſtem habeat tam potentem. Job. 41. Non eſt ſuper terram poteſtas que cōparetur ei. Treno. 3. Miſericordie domini quia nō ſumus conſumpti. Habemus pugnam cum gigante cum ſim⁹ quaſi locuſte. Origenes. Vult enī dominus Jheſus mirabiles res facere. Vult enim de locuſtis ſuperare gigantes: ⁊ de his qui in terris ſunt celeſtes vincere nequitias. ¶ Etiam ī pugna dyaboli multum valet ſobrietas. Ideo petrus de hac pugna inſtruens primo monet ad ſobrietatem. Sobrij inquit eſtote. 1. petri. 5. Dyabolus primo impugnat hominem ea parte qua homo eſt eo inferior ſcilicet ex parte carnis. In pſal. Minuiſti eum paulo minus ab angelis. Primo temptauit hominem de peccato gule: ſimiliter et Chriſtū. In via laqueum ponit: per quam homo neceſſe habet ire. In pſal. In via hac qua ambulabam abſconderunt ſuperbi laqueum michi. In foueam magis propinquam conatur hominem precipitare. Vix dyabolum perfecte vincit: qui ī hoc primo ꝯflitu ſuccumbit. Bern̄. Dyabol⁹ plus in adiutorio carnis cōfidit quia plus nocet domeſticus hoſtis. Idē. Hac vtitur tortuoſus ille ſerpens humanigeneris inimic⁹ cui nullū eſt aliud deſyderiū nullū negociū nullū ſtudiū niſi ꝑdere aīas nr̄as. Idē. Hic eſt qui baculo noſtro nos cedit et manus nr̄as ꝓprio cingulo ligat vt caro que data eſt in adiutoriū: fiat nobis in

BIBLIOTECA PUBL... DE ...
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ruinē et in ſcandalū. Grauis lucta et grande periculum aduerſus domeſticum hoſtem pugnare/maxime cū nos aduene ſcimus et ille ciuis: ille ſuam inhabitet regionem nos exules ſimus et peregrini. ¶ Ad triumphandum etiaȝ de dyabolo multum valet fides. Ephe. 6. In omnibus ſumentes ſcutum fidei in quo poſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. 1. ad Theſ. 5. Induti loricam fidei. Hebre. 11. Sancti per fidē vicerūt regna 1. petri. 5. Cui reſiſtite fortes in fide. Fides dyabolum de arce mentis expellit ponēs ibi vexillum Chriſtū in cruce pendentē quo dyabolo multum diſplicet/et quia ſuperbus eſt ⁊ quia hoc vexillum ei exoſum eſt eo ꝙ in cruce fuerit deuictus. Fides pugnātibus oſtendit xp̄ȝ tripliciter. Primo vt ſtrēnuum ducem exemplum ſtrēnue pugnandi dantem. Secūdo. vt potentiſſimū adiutorem. Tertio vt liberaliſſimū remuneratorem. Primo modo oſtendit eum ad exacuendum eos in prelīū 1. Machabeo. 6. Elephantis oſtenderunt ſanguinem vue et mori ad acuendum eos in prelium. Apoca. 12. Ipſi vicerunt eum propter ſanguinem agni. Sic oſtēdit ſe apoſtolis cum eſſent clauſi propter metum iudeorum. Luce vltimo et Johannis penultimo. Scd̄o modo oſtendit ſe Stephano ꝓ eo lapidando: qui vidit ieſum ſtantem a dextris dei tanꝗ paratum ad adiuuandum. Actuum. 7. Tertio modo oſtēdit ſe Abraham dicēs ei (Geñ. 15.) Noli timere Abraham. Ego ꝓtector tuus ſum: et merces tua magna nimis. Job. 17. Pone me dñe iuxta te/ et cuiuſuis manus pugnet contra me. Fides vero nō ſolū ponit deū iuxta hoīem ſed etiam intra hoīeȝ. Per fidem enim xp̄s inhabitat in cordibus noſtris. Itē fides oſtendit infernale patibulū eis paratū ſi victi fuerint et regnū eis paratuȝ ſi vicerint. Oſtendit etiā eis deum ſi angelos bonos ⁊ malos: aſpiciētes certamē eoꝝ. Boni aſpiciūt vt ſi vicerint gaudeāt: mali ſi victi fuerint irrideāt. 1. ad coꝝ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

4. Spectaculum facti sumus mũdo et angelis et hominibus. Bernar. Demonum eſt ſuggeſtiones malas ingerere: noſtrum eſt non conſentire. Nam quoties reſiſtimus dyabolũ ſuperamus/ angelos letificam⁹/ et deum honorificamus. Ipſe nos hortatur vt pugnemus/ adiuuat vt vincam⁹. Certantes ſpectat: deficiẽtes ſubleuat/ vincẽtes coronat. Que autẽ dicta ſunt intelligenda ſunt de fide viua: nõ mortua Bern. Non mirũ videri poteſt ſi fides nequaq̃ vincit q̃ nec viuit. ¶ Item ad vincẽdum dyabolum multum valet ſpes vel fiducia in deo. In Pſal. qui confidunt in domino ſicut mons ſyon. Item. Qui ſaluos facis ſperantes in te. Prouerb. 28. Qui ſperat in domino ſaluabitur. 2. Paralippo. 20. Non eſt pugna veſtra ſed domini. Et poſt. Non eritis vos qui dimicabitis: ſed tantummodo confidenter ſtate et videbitis auxilium domini ſuper vos. Iſaie. 40. Qui ſperant in domino mutabunt fortitudinem ſcʒ propriam in diuinam. Bernardus. Nihil ſic omnipotẽtiam verbi clariorem reddit/ q̃ qꝛ omnipotentes facit eos qui in ſe ſperãt. Deniq̃ omnia poſſibilia ſunt credenti. Idem. Quoties temptationibus reſiſtis: quoties vincis malignum/ noli proprijs viribus tribuere/ noli in te ſed magis in domino gloriari. Quomodo enim ille fortis armatus tue cederet infirmitati? ¶ Etiã ad vincendũ dyabolum multum valet dilectio que eſt vnitio hominis cum deo et proximo. Canti. 8. Fortis eſt vt mors dilectio. Sicut dyabolus diſpergẽdo impugnat: ſic Chriſtus in militibus ſuis colligendo et vniendo de ipſo triumphat. Luce. 11. qui non colligit mecum diſpergit Eccleſiaſtes. 4. Melius eſt duos eſſe ſimul q̃ vnum ꝛc. Si quis preualuerit contra vnum: duo reſiſtẽt ei. ¶ Sapientia etiam multum valet in bello cõtra dyabolum: cum ipſe aſtutia/ nõ potentia pugnet nobiſcũ. Exemplum de hoc habemus in xp̃o duce huius belli qui prudentia eius percuſſit ſuperbum Iob. 20. Ipſe



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tribus verbis ſacre ſcripture dyabolum proſtrauit in deſerto. Math. 4. Prouer. 24. Uir ſapiens fortis eſt et vir doctus/ robuſtus ⁊ validus. Eccl. 9. Dicebam ego ſapientiam meliorem fortitudine. In eodē. Melior eſt ſapientia ꝙ̄ arma bellica. Sapiētie. 5. Melior eſt ſapientia ꝙ̄ vires. Eiuſdem. 7. Sapientiā nō vincit malicia. Sicut caſtrū forte eſt qđ vndiq; profunda aqua cinctum eſt/ ſic facit ad fortitudinem mentis ſi cingatur aqua ſapientie ſalutaris. Iſa. 11. Non nocebunt neq; occident in vniuerſo monte ſancto meo/ quia repleta eſt terra ſcientia domini. Loquitur de ſerpentibus infernalibus. ¶ Item ad vincendum dyabolum valet miſericordia ſicut ad caſum facit incompaſſio et indignatio quam habet aliquis ad peccatores. Prouer. 29. Qui ad indignandum facilis eſt: erit ad peccata procliuior. 2. Petri. 2. Nouit dominus pios de temptatione eripere. Et ſuper illud Pſalm̄. Miſericordia mea ⁊ refugium meum. dicit gloſa. De nulla re ita vincitur inimicus dyabolus: ſicut de miſericordia. Eccl. 29. dicitur de elemoſina. Super ſcutum potentis et ſuper lanceam aduerſus inimicum tuum pugnabit. ¶ Et notandum ꝙ licet omnis temptatio poſſit eſſe a dyabolo: ſpecialiter tamen dyaboli temptationes dicuntur que incitāt ad iram ⁊ amaritudinem. Bern̄. in meditationibus. Caro ſuggerit michi mollia/ mundus vana/ dyabolus amara. Quoties aliqua carnalis cogitatio mentē meā importune pulſat de cibo/ de potu/ de ſomno/ ceteriſq; ſimilibus ad carnis curam pertinentibus caro michi loquitur/ quando vero de ambitione ſeculi ⁊ iactantia/ ⁊ de arrogantia/ cogitatio vana in corde verſatur de mūdo eſt/ qn̄ autem ad iram ⁊ iracundiam ⁊ ad amaritudinem animi prouocor/ dyabolica ſuggeſtio eſt/ cui non aliter ꝙ̄ ipſi dyabolo reſiſtendum eſt. Et ꝯ hāc dyaboli temptationem valet leticia ſpiritualis. Antonius. Unica rō vincendi inimicū eſt leticia ſpūalis. Cōtra

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

amaritudinē hanc quam incurrit aliqñ qui eſt in religione auertendum eſt ꝙ non ſunt condigne paſſiones huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. Ro. 8. Et ſuper illud Jaco. 1. Omne gaudiū exiſtimate fratres cū in tēptatiōes varias incideritis: dicit gloſa. Spe illius boni ad quod tēditis quicꝗ in via contigerit: gaudere debetis. In pſal. Letatus ſuꝫ in his que dicta ſunt michi in domū dñi ibim⁹. Math. 5. Beati eritis cum maledixerint vobis hoīes et cum vos perſecuti fuerint ꝛc. Gaudete et exultate quoniā merces veſtra copioſa eſt in celis.

¶ De ſolatijs humane ignorātie et fragilitatis contra aſtuciā ꝛ potentiā dyaboli. Cap. 3.

i Tem notandum ꝙ licet hoſtes noſtri inuiſibiles ſint multum nobis potentiores et aſtutiores: habent tamen ſerui dei multa ſolatia / ꝛ ꝯtra eorū potentiā ꝛ contra eorum aſtutiam. Et poſſumus oſtēdere decem ſolatia que habent contra eorū potentiā. ¶ Primum eſt liberi arbitrij nobilis poteſtas que a dyabolo cogi non poteſt / de qua Bern. Arbitrij libertas eſt plane diuinum prefulgens in anima tanꝗ gēma i auro. Ex hac nempe ineſt illi inter bonum ꝛ malum / necnon inter vitam et mortem / ſed nichilomin⁹ inter lucem et tenebras ſed cognitio iudicij et optio eligendi. In hac libertate homo non eſt inferior dyabolo: immo ei precellit / quia liberum arbitrium dyaboli adeo inclinatum eſt ad malum et depreſſum ꝙ ad bonum ſurgere non valet. Propter hanc libertatem arbitrij que eſt in homine: dicit Gregorius. Non eſt timendus hoſtis / quia non poteſt vincere niſi volentem. Et ſuper illud Math. 4. Mitte te deorſū. Gloſa. In ꝗ infirm⁹ oſtēdit cū nulli nocere poſſit: niſi pri⁹ ille ſe deorſum miſerit. ¶ Scđm ē grā ſpūs ſancti que in ſeruis dei eſt: quā dyabolus non habet nec habere poteſt. Non eſt timēdus ſpūs malus ꝛ cuius infirmitatē



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

iuuat ſpūſſanctus. Ro. 8. Spūs adiuuat infirmitatē noſtrā. Gr̄a iſta aplos fecit iuincibiles. Luce vltimo. Sedete in ciuitate donec induamini virtute ex alto. Act. 1. Accipietis virtutē ſuperuenietis ſpūſſancti in vos ⁊ eritis michi teſtes. Gratia dei armatura eſt q̄ ſi ab hoīe nō abiciatur: homo a dyabolo non ſuperatur. Boetius in libro de cōſolatione. Talia cōtuleramus arma: q̄ niſi prior abieciſſes iuicta te firmitate tuerētur. Tertiū eſt ligatio dyaboli que nō ſinit eū inferre violentiā ſeruis dei nec in eorū corporibus nec in rebus niſi accepta licentia a deo: vt patet in iob cui vnā ouiculā dyabolus auferre nō valuit donec licentiā a deo accepit. Job. 1. ¶ Quartū eſt refrenatio dyaboli a tēptatione ſeruorum dei / vt nō incitet eos ad malū quātū vellet. 1. ad Cor. 10. Fidelis deus eſt qui nō patietur vos tēptari ſupra id qd̄ poteſtis: ſed faciet etiā cū tēptatione prouentū vt poſſitis ſuſtinere. Job. 40. Nūquid illudes ei quaſi aui / aut ligabis eum ancillis tuis? Deus dyabolo quaſi aui illudit: dum in ſanctis carnis fragilitatem attendens virtutē mētis que latet nō perpendit / qua agnita ipſe eos metuit. Grego. Si antiquus hoſtis a mente ceperit expelli ex diuina largitate plerūq̄ agitur vt nō ſolū iaꝫ timeri nō debeat: ſed ipſe etiā bene viuētiū virtute terreatur. Ancillis ligatur quando a deo poteſtas eius refrenatur / vt etiā a puellulis ſuperetur. Virgo vna aliquando tenet cōtra dyabolum caſtruꝫ fragile corporis ſui. 40 annis. ¶ Quintum eſt angelorum cuſtodia: quā deus vocat ſepem. Iſa. 5. Auferā ſepem eius ⁊ erit in direptionē. In pſal. Angelis ſuis deus mandauit de te. Tho. 8. Raphael religauit demonem in deſerto. 4. Regū. 6. Dixit Eliſeus ad miniſtrum ſuum. Noli timere. Plures enim nobiſcū ſunt q̄ cum illis. ¶ Sextum eſt adiutoriuꝫ fratrū. Prouer. 18. Frater q̄ adiuuat̄ a fratre quaſi ciuitas firma. Grego. Electorum multitudinem eo maligni ſpūs pertimeſcūt: q̄ eos p charitatis con-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cordiā vnitos cōtra ſe ⁊ cōglobatos cōſpiciūt. ¶ Septimū eſt adiutoriū ſanctoꝝ. Bernā. Bene tecū agitur o mater eccleſia/ bene tecū agitur in loco peregrinatiōis tue/ de celo ⁊ de terra venit auxiliū tibi. ¶ Octauum eſt gratia diuine protectionis ſeruis dei promiſſa: quā deinde vocat ſcutū dicens. Scuto circundabit te veritas eius. Bernā. Quemadmodum vndiqȝ ſunt bella/ vndiqȝ ſunt preſidia. Idē. Ueritas circūdabit/ q2 verax eſt qui promittit ⁊ ſic exhibet vt promittit. i. ad Coꝝ. 10. Fidelis deus eſt ⁊c. vſā. Idē. Non incōgrue ſcuto cōparatur gratia diuine protectionis quod in ſuperiore parte latū eſt vt caput humeroſqȝ cuſtodiat: in inferiori vero ſtrictius vt minus oneret/ maxime ꝙ graciliores ſunt tibie nec taȝ facile vulnerētur: ſed nec adeo periculoſuȝ ſit in illis partibus vulnerari. Sic omnino militibus ſuis xp̄s ad inferiora tuēda magnā ſtricturā ⁊ penuriā rerū tēporaliū donat/ nec vult eos illarū multitudine pregrauari/ ſed vult vt victum ⁊ veſtitū habētes cōtempti ſint. In ſuperioribus vero dat latitudineȝ abundantis gratie ſpūalis/ ideo ſerui dei debent intendere/ vt ſanctoꝝ ſuffragia ⁊ dei protectionem habeant. Bernā. Orōne opus eſt ne inducamur in temptationem. Unde eſt illud in oratione dominica. Et ne nos inducas in temptationem. Itē. Luce. 18. Oportet ſemꝑ orare et nō deficere. Eiuſdē 21. Uigilate omni tempore orantes ⁊c. i. ad Theſſa. 5. Sine intermiſſione orate. Bernā. Qui ſumus nos aut que eſt fortitudo noſtra/ vt tam multis temptationibus reſiſtere valeamus? Et ſubdit. Hoc erat in te qđ querebat deus. Hoc erat ad quod nos producere ſatagebat/ vt videntes defectum noſtrum ⁊ quod nō ſit nobis auxiliū aliūde ad eius auxiliū tota humilitate curramꝰ. Cū ergo impetū tēptationis ſentimus in cogitatione ſtatim fugiamus ad ipſam/ ⁊ poſtulemꝰ eius auxiliū. ¶ Nonū eſt ſuppoſitio manꝰ diuine ī caſu ſeruorū dei. Bernā. Oēs aliquādo eſt neceſſe cadere vnꝰ



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in hoc ſeculo detinentur/ ſed alij collidūtur/ alij non/ quia dñs ſupponit manū ſuā. Sed quō eos diſcernere poterimus: vt ſegregemus iuſtos ab iniuſtis? Et ſubdit. Hoc intereſt inter eorū caſus ꝙ iuſtus ſuſcipitur a dño ideoqꝫ reſurget fortior: iniuſt⁹ cū ceciderit nō adiciet vt reſurgat/ immo aut in pudorē/ noxiū/ aut ī impudentiā cadit. Aut eni excuſat quod fecit ⁊ hoc eſt pudor adducens peccatū: aut ſit ei frons meretricis ⁊ iam nec deū timet nec hominem reueretur. ¶ Decimum eſt benigna dei ordinatio: qua diligētibus deū oīa cooperātur in bonū/ his qui ſcdꝫ propoſitū vocati ſunt ſancti. Bern. Jocundū dei iudiciū: ꝙ ille ſuperb⁹ maleator humiliū neſciens fabricat eis coronas ppetuas/ oēs impugnādo ⁊ oībus ſuccūbēdo. Idē. Stat ꝓpoſitū/ ſtat ſentētia dei ſuper timētes eū/ ipſoꝝ diſſimulans mala et remunerans bona/ vt miro mōdo nō ſolū bona ſed etiā mala cooperētur in bonū. Idē. Nōne caſus nobis cooperātur in bonū: vñ humiles efficimur ⁊ cautiores. ¶ Cōtra aſtuciā dyaboli habēt etiā ſolatia ſerui dei/ de quibus quinqꝫ tangere ſufficiat. Primum eſt ſacre ſcripture documētū. Scdm ſpiritualiū virorum conſiliū. Tertiū exemplū Chriſti et ſctorū. Quartū inſtructio angelorū. Quintū ſpūſſancti magiſteriū qui errore/ periculo eos errare nō permittit. Johā. 14. Ille vos docebit oīa ⁊c. 1. Johā. 2. Unctio eius docebit vos de oībus. Sapiētia chriſti et ſeruoꝝ eius preualet aſtutie demonum. 1. ad Coꝝ. 1. Qd ſtultum eſt dei: ſapientius eſt hoībus: ⁊ etiā demonibus. Exo. 7. Serpens fact⁹ ex virga Moyſi/ deuorat ſerpētes factos ex virgis magoꝝ. In ſerpēte aſtutia deſignatur. ¶ Cōtra hoc ꝙ dyabolus oībus creaturis vtitur ad ſeruoꝝ dei impugnationē: ſolatiū eſt ꝙ ſerui dei eiſdē poſſint vti ad ſui defenſionē. Creature enim incitāt ad dei timorē ⁊ laudem. Cōtra hoc ꝙ ſerui dei caſtrū cordis cōtra hoſtes iuiſibiles habēt defendere quod maius eſt mūdo cū creatoris ⁊ creaturaꝝ capax

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſit/ſolatiū eſt ꝙ porta huius caſtri clauſa hoſtes nō ti-
menſ. Hec porta eſt ītellect⁹ ꝑ quē noxia ⁊ ſalubria ad
aiam intrāt. Hec porta clauſa eſt/ cū ītellect⁹ ſalubri
meditatiōe occupatur. Math. 6. Cū oraueris intra in
cubiculum tuum et clauſo hoſtio ora patrem tuum.

¶ Quō repugnādū ſit hoſti cū impugnat mole-
ſtijs et cū impugnat delicijs. Cap. 4.

1 Tem notandū ꝙ dyabolus quādoqꝫ impugnat
moleſtijs: qñqꝫ delicijs. Cū īpugnat moleſtijs:
nō eſt fugiendū. Bonc enim ſunt/ ⁊ fugientes magis
grauant. Joſue. 7. Mi dn̄e deus quid dicam: videns
iſraelem hoſtibus ſuis terga vertentē. Seneca. Que-
admodum pernicioſior eſt hoſtis fugientibus: ſic oē
fortuitū incōmodū magis inſtat cedenti ex aduerſo.
Saluſtius. Fugientes ſepius videas capi et occidi:
fortiſſimū queqꝫ tutiſſimū. Bern. in epiſtol. Sola cau-
ſa qua perdere poſſis victoriam: fuga eſt. Fugiendo
illam poteris admittere/ moriēdo non potes. Et bea-
tus eſt ſi pugnando moriaris: quia mox coronaberis:
ve autem tibi ſi declinando pugnam perdis ſimul et
victoriam. ⁊ coronam. Idem. O vere tuta pro xp̄o ⁊
cum xp̄o pugna: in qua nec vulnerat⁹/ nec proſtratus
nec ꝯculcatus: nec millies ſi fieri poſſet occiſus frau
daberis a victoria tantum ne fugias. Jaco. 4. Reſi-
ſtite dyabolo et fugiet a vobis. Bernar. Libentius
inſequitur aduerſarius fugientem/ ꝙ ſuſtineat repu-
gnantem. Impugnatio que ſit a delicijs vincitur fu-
giendo. 1. ad Cor. 6. Fugite fornicationem.

¶ Sex documēta q̄ mltū valēt ī pugna dyaboli. cap. 5.

1 Tem notandum ꝙ ſex ſunt que in hac pugna
homini multum valēt. ¶ Primum eſt vt tem-
peſtiue arma accipiat. Aliqui tunc et primo arma ac-
cipiunt: qñ iam vulnerati ſunt. Armorum acceptio eſt
ad temptationem preparatio/ excogitandi modum re-
ſiſtendi temptationi quod ante temptationem eſt fa-
ciendum. ¶ Scōm eſt vt ex ea parte qua debilior eſt



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

et magis a dyabolo impugnatur magis ſe muniat. Si ad loquacitatē pronū ſe videat: magis taciturnitatē amplexetur. ¶ Tertiū eſt vt in loco vbi facilius poteſt reſiſtere hoſtibus reſiſtat. In loco alto ⁊ arcto debilis reſiſtit forti: ⁊ paucitas multitudini. In alto eminentis vite ponere ſe debet: quod multis occupationibus faciendum eſt anguſtū / vt hoſti via nō pateat. Ad portas etiā ſenſuū reſiſtendū eſt hoſti. ¶ Quartū eſt vt inter eos q̇ ſūt pro eo ⁊ qui ſunt ꝯtra eū prudēter diſcernat. Cū peiores inimici quos habemus ſint proprius ſenſus ⁊ propria voluntas / cōtradictiones que impugnāt propriū ſenſum ⁊ perſecutiones que impugnant propriā voluntatem pro nobis ſunt / fauores et applauſus qui nos decipiunt contra nos ſunt et ideo nobis ſunt timēdi. ¶ Quintū eſt vt repugnando magis contraria ꝙ ſimilia eligat. Sicut aqua pugnatur contra ignem: ſic ſapientia pugnandum eſt cōtra ſtultitiam / bonitate contra maliciā / amore cōtra odiū / taciturnitate ꝯtra loquacitatē. ¶ Sextū eſt vt nō inutiliter ſe fatiget in hoſtium impugnationem: qm̄ glorioſius poteſt vincere ſine labore. qui modus vincendi pertinet ad penitentiam. Prouer. 16. Melior eſt patiens viro forti. Eiuſdem. 10. Ne dicas reddam malū pro malo. Expecta dominum ⁊ liberabit te. Liberabit inquam a labore / ⁊ a periculo vindicandi te.

## ¶ De temptatione puſillanimitatis. Cap. 6.

Circa tēptationē puſillanimitatis / notādū ꝙ ſepe cauſa puſillanimitatis eſt cōplexio: quā etiā timor auget vel cibi et quibus humores melancolici generant. Auget etiā ex frequēti actu timēdi. Auget etiam eam nimiū ieiuniū / vel nimie vigilie / vel nimia ſollicitudo / ſtudij vł alteri⁹ modi. Et hoſtis callid⁹ quē puſillanimē ꝯſpicit timore vano vult vł icitare ad malum / vł impedire a bono. Illi vero qui tēptationē puſillanimitatis hꝫ / vtile eſt vt puſillanimitati nō nimis cedat: ſed cū diſcretiōe ei reſiſtat. Hanc tēptationē

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

multi errores committatur: et triſtitia multa. Sicut enim ſecura mens eſt iuge cōuiuium. Prouer. 15. ſic mens puſillanimis/habet multum tormentum. Et ſicut qui modicum lutum vult nimis vitare ſolet aliquando in lutum magnū incidere. ſic qui nimis vult vitare qđ puſillanimitas reputat malū/aliquādo incidit in magnū malum: et ita arctatur ei via paradiſi vt non appareat ei per eam tranſitus propter quod eam dimittit et manifeſte per viam inferni incedit. Talis quod turpiꝰ eſt tantū querit ꝙ periculum magnum incurrit. Item illi qui habet hāc temptationē multum vtile eſt vt viſionē quam timor ille introducit nō reputet cōſciētiā: et eo ipſo viſionē illā ſuſpectam habeat quo introducta eſt a timore ⁊ ſufficienti deliberatione eam examinet cū timor ceſſauerit. Sicut enim ira impedit animū ne poſſit cernere verū: ita et timor. Et in his q̄ ītroducit puſillanimitas magꝭ alieno iudicio credi ꝙ̄ ſuo. Cū v̄o viſionē illā vel per ſe vel alio īdicāte errorē eſſe dephēderit libēter et audacter ꝯtra illū errorē faciat. Frequēter et timēdo timidi: ⁊ frequēter audēdo audaces efficimur. Valet etiā ꝯtra hāc tēptationē vt ab his q̄ puſillanimitatē augēt caueat. Et qꝛa maligno ſpū puſillanimitas iuuat: vtilis eſt contra hanc temptationē oratio.

Finit tertius liber.

¶ Incipit quartus liber eruditionis religioſorum. In cuiꝰ prima pte agit de eruditione animi. Cap. I.

In precedentibꝰ oſtenſū eſt quō is q̄ in religione eſt ſe debeat hr̄e ad mūdū ad corpꝰ ꝓpriū et ad īuiſibilē aduerſariū. In hac pte oſtēdēdū ē quō debeat ordinare animū. ¶ Et p̄mo ordiatio animi ꝯmēdabit. ſcd̄o aget de diuerſis ordinationibꝰ. tertio tāget de aliqbꝰ inordinationibꝰ. ¶ Circa primū notandū ꝙ ordinatio animi multū facit ad pacē et tranqllitātē. Sicut lapis naturaliter non q̄eſcit ſurſū īmo tendit ad locū ſibi congruentē/et illuc peruenerit/quieſcit: ſic

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

animus inordinatus nõ quieſcit. Aug⁹. Min⁹ ordinata inquieta ſunt: ordinata autẽ quieſcũt. Idẽ i libro ↄfeſ. Iuſſiſti dñe et ſic eſt vt pena ſibi ſit oĩs inordinat⁹ anim⁹. Idẽ in libro de ciuitate dei. Pax oĩm rerũ eſt trãquillitas ordinis. Ordinatio etiã multũ facit ad decorem. Creatura rationalis ordinẽ ſuũ ſeruãs: eſt creaturarũ pulcherrima. Si vero nõ ſeruat ordinẽ ſuũ turpiſſima. Canti. i. Si ignoras te o pulcherrima iter mulieres egredẽ et abi poſt veſtigia gregũ tuorũ. Aĩa dignitatẽ ſuã non agnoſcẽs/nec ſcd̃m eã ordinẽ ſuũ ſeruans brutis inferior efficit. Adeo facit ordo ad decorẽ vt mala q̃ in ſe ſunt turpia adeo ordinata bonorũ pulchritudinẽ nõ ipediãt/ſed potius augeãt: vel i. veritate vel i apparẽtia. Aug⁹. i libro de ciuitate dei. Mala volũtas quia ordinẽ nature ſeruare noluit/nõ ideo iuſti dei leges oĩa bñ ordinãtis effugit: quia ſicut pictura cum colore nigro ſuo loco poſita/ita vniuerſitas rerum ſi quis poſſit ĩtueri etiã cum pectorib⁹ pulchra eſt: q̃uis ipos per ſe conſyderatos ſua deformitas deputet. Idem i libro de natura boni. Malum bene ordinatũ/ eminenti⁹ cõmendat bona. Itẽ ordinatio multũ facit ad fortitudinem. Anima bñ ordinata terribilis eſt hoſtibus ſuis ſcʒ demonibus et vicĳs vt caſtrorũ acies ordinata. Canti. 6. Exercitus inordinatus facile vincitur: ordinatus vero ab hoſtib⁹ timetur. Prouer. 24. Cum diſpoſitione initur bellum. Aĩa ordinẽ ſuũ ſeruans cũ ſit ꝓpinqua altiſſimo: eſt valde in eminẽti loco hoſtib⁹ ſuis ſuperior/ideo nõ timet eos. Pſal. Sup ĩimicos meos deſpexit ocul⁹ meus. Boeti⁹ in libro de cõſola. Mali circa dirripiẽdas inutiles ſarcinulas occupãtur: boni autem deſuper irrident viliſſimaq̃ʒ rapientes.

¶ Secunda pars principalis de ordinatione rationis q̃tum ad actum cogitandi. Cap. 2.

S Equit̃ de diuerſitatib⁹ ordinationũ. Et notãdũ ꝙ ordinãde ſũt aĩe vires: ordinãde ſũt et virtutes. Preuidenda eſt ordinatio / ⁊ reſpectu tẽpoꝝ/⁊ re

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſpectu locorũ. In ordinatiõe anime q̃tum ad vires pri=mo intendendum eſt ordinationi rationis: quia cum ra=tio ordinata fuerit ipſa alias vires ordinabit. Ad ordi=natione rationis pertinet: vt eius operatio act⁹ alia=rum virium precedat. Bernar. in libro de ꝯſyderatio=ne. Non te totum / nec ſemper des actioni: ſed conſy=derationi aliquid tui et cordis et temporis ſequeſtra. Conſyderatio ipſius actionis partes benigna preſum=ptione ſuas facit: peragẽdo quodammodo et preordi=nando que agenda ſunt neceſſario / ſane ne forte que p̄=uiſa ⁊ meditando eſſe poterant proficuo / precipitata magis periculo fiant. Item ad rõnis ordinationem p=tinet vt ſeru⁹ dei ſibi pri⁹ / ampliuſq; q̃ alteri intẽdat. Berñ. in libro de cõſyderatiõe. A te tua ꝯſyderatio in=choet / ne fruſtra extẽdaris ad alia te neglecto. Qui ti=bi ꝓdeſt ſi vniuerſũ mũdũ lucreris: te vnũ ꝑdẽs? Moue=ris licet oĩa myſteria / noueris lata t̃re / alta celi / ꝓfũda maris / ſi te neſcieris eris ſil'is edificãti ſine fũdamẽto / ruinã non ſtructurã facies. Nõ eſt ſapiẽs qui ſibi nõ eſt ſapiens. A te incipiat tua cõſyderatio: non ſolũ autem ſed et in te finiatur. Tu prim⁹ tibi / tu tibi vltimus. Cõ=ſyderatio ſic ꝓgrediatur vt nõ egrediatur / ſic exeat vt nõ deſerat. In acquiſitione ſalutis tue nemo tibi ger=manior. In libro de vita ſolitaria. Egregiũ inſtrumẽ=tum corporis oculus: ſi ſicut cetera ſic etiã ſeipſũ poſ=ſet videre. Quod cũ interiori oculo conceſſum ſit ſi ad exterioris exemplum ſeipſum negligens vacat circa aliena: cum multum vult non ſufficit redire ad ſeipſũ. Tibi vaca multũ: tu ipe tibi ſollicitudinis materia es. ¶ Pertinet ad rationis ordinationẽ vt ſeru⁹ dei pri⁹ audiat q̃ docere preſumat: prius ea que in doctrina fi=dei ſibi appoſita ſunt prudenter intelligat: vt qualia ſi=bi appoſita ſunt / prius preparare ſtudeat. Eccleſiaſtici 32. Audi tacens et pro reuerẽtia accedet tibi bona gra=tia. Ordinanda eſt ratio q̃tum ad actum cogitandi / in=quirendi / iudicandi / memorandi / interrogãdi / ſeu

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eloquendi. ¶ Quantum ad actum cogitãdi: ordinãda eſt ratio vt non ſolũ cogitationes pverſas ſed ocioſas caueat: cogitationibus vero ad vſum vite vel ad cultũ dei pertinentibus intendat. ordinatio rationis q̃tũ ad actum cogitandi multum dependet ex diſpoſitione voluntatis. In libro de vita ſolitaria. Voluntas in omni cogitatione princeps eſt: et neceſſario principatum volũtatis ſequitur omnis tenor cogitationis. Tria enĩ ſunt que cogitationem faciunt: voluntas ipſa/ memoria/ et intellectus. Voluntas cogit memoriam vt proferat materiam: cogit intellectum ad formãdum quod profertur. In eodem. Cogitationum. alie bone et ſancte et digne deo: alie male et peruerſe que ſeparant a deo: alie vane et ocioſe a q̃bus aufert ſe de⁹. Hinc etenĩ dicitur q̄ pverſe cogitationes ſeparant a deo: et q̄ ſpũs ſctũs aufert ſe a cogitationib⁹ q̃ ſunt ſine ĩtellectu Sapiẽtie. i. Intellectus ipſe eſt q̃ quocũq; ſeu in bonũ/ ſeu in malũ applicatus fuerit naturaliter viget ſ; ali⁹ inuenitur ſibi relictus: alius gratia illuminatus. Ille ſeculi rebus et ſerijs et nugatorijs ſe non negat: hic non niſi dignis ſe rebus ſeipſum accommodat. Ille ſepe operatur ſicut ſibi relictus et vicio infectus ex vicio rationis et vicio corrupte voluntatis te rẽs malas perverſasq; cogitationes quibus ſemetipſum qui cogitat ſponte ſeparat a adeo: hic autem ſicut illuminatus et virtuti affect⁹ operatur pietatem que pietas cõiungit. Cogitatiões ſine intellecu ipſe ſũt vane et ocioſe neutro intellectui per cogitationis intẽtionẽ ſe applicãtes non repente per perimentes: ſed paulatim corrũpẽtes occupantes tempus/ neceſſaria inpediẽtes: et animũ inficientes non tam cogitationes q̄ ex veris vel imaginarijs recordationibus ſimulacra quedã cogitationum ſeu ipſe recordatiões vltro multipliciter memoriam ſcaturientes in quib⁹ paſſio quedã volũtatis poti⁹ eſſe videtur q̄ actio: cũ nulla ſit in eis cogitantis intẽtio cum quod ſponte ebullit de memoria formãdũ ſe of

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fert itellectui nō curāti: ꝛ quicqd agit poti⁹ agi videtur in somno dormiētis ꝙ in acie cogitātis: vbi tamē et si repellere a seipso spm̄ sctm̄ nō est in voto cogitantis: sit tū ex culpa negligētis vt spūs discipline merito se auferat a cogitationibus indisciplinatis. ¶ Ad ordinationē rationis ꝙtū ad actū cogitandi quatuor multū valent. Primū est boni trāsitorij cōtemptus. Amore boni trāsitorij cōitatur culpa cogitationū tumultuosarū. E conuerso. Contēptus boni transitorij habet solitudinē. Grego. super illud Job. 3. Qui edificāt sibi solitudines. Omnis terrenus dēsis/ tumultibus premitur ꝛ frequētia desyderioꝝ quasi turbarum calcatur. Idē. Sancti viri quia nichil huius mūdi appetunt: nullis proculdubio in corde tumultibus premuntur. ¶ Secundum est sensuum extremorum custodia. Sicut custodia porte ad hoc valet vt nō intret qui intrare non debet: sic custodia sensuum ad hoc valet vt cogitatio mala ad cor nō intret. Isa. 26. Claude ostia tua super te. ¶ Tertium est vigilātia qua cogitationes male que oriuntur ex cause eoꝝ deprehenduntur. ¶ Quartum est virilitas ad operanduꝫ qua cogitationes male in corde nasci prohibentur: ꝛ si nate fuerint expelluntur. Hec duo nobis cōmendantur. 1. ad Coꝝ. 16. Vigilate inqt state in fide/ viriliter agite. Qui cogitationib⁹ malis carere desyderat/ cogitationibus bonis cor occupare studeat. Bernardus distinguit diuersa genera cogitationū/ a quibus multa sollicitudine cauere necesse est eos qui conuertuntur ad cor: et dignū deo in semetipsis templū exhibere festinant. Sunt enī nonnulle cogitationes penitus ociose quas non facile abijcere ꝙ repellere pōt aīa secum habitās in corde suo et assistens dn̄atori vniuerse terre. Sunt et alie violentes magis et fortius adherentes que ad necessitatem anime pertinent: ꝛ quasi ex codē limo de quo et nos/ que si paululuꝫ insederint euelli nequeūt sine lesione ꝛ difficultate. Sepe enī

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſic afficit nos carnalis cogitatio de neceſſarijs corpis
vt vix eradicari poſſit a nobis: et quia limoſa cum ſit et
viſcoſa limoſā ſimiliter inuenit terram. Non ſine cau-
ſa dictum eſt hominē non plaſmatum de terra qualibꝫ
ſed de limo. ¶ Oportet reprimere quem extinguere
non poſſumus appetitum / vt ꝙ cito mentē ingreditur
creſcere nō ſinatur / ſed ſicut dicit ſcriptura. ſub nobis
ſit appetitus / et nos dn̄emur illiꝰ. Eſt et tertiū cogitā-
di genus imūdū nimis et fetidū / qꝺ nec admittere qui-
dē vlla rōne debemꝰ / ſed a longe pſentire fetorē et tota
virtute repellere ad gemitꝰ cōuerſi lachrimis et ſuſpi-
rijs inuocantes ſpiritum ſanctū qui adiuuet infirmita-
tem noſtrā. Dico autē cogitationes illas imūdas peni-
tus et fetidas / que ad luxuriam / ad inuidiam / et vanā
gloriam pertinent: ceteraqꝫ vicia deteſtanda.

¶ De ordinatiōe rōnis ꝙtū ad actū iquirēdi. Cap. 3.

Quantū ad actū iqrēdi ordināda eſt rō / vt caueat
ne nimis difficilia vl' iutilia iqrat. Prouer. 23. Nō
erigas oculos tuos ad opes quas habere nō potes / ſed
prudētie tue pone modū. Eccl. 3. Altiora te / ne que-
ſieris: et fortiora te / ne ſcrutatus fueris. Roma. 12. Nō
plus ſapere ꝙ oportet ſapere. Sen. Id quere qꝺ potes
inuenire / id diſce qꝺ potes ſcire. Eccl. 3. In ſuperua-
cuis rebꝰ noli ſcrutari multiplicit'. Iſa. 19. Cōfundētur
q operant' linū plectētes et texētes ſubtilia. Itē ordi-
nāda eſt rō ꝙtū ad actū ſciēdi. ſ. ordinē ſtudiū ⁊ finem.
Bern. ſuper cāti. Scias quo ordine / quo ſtudio / q̄ fine
noſce queqꝫ oportet. Quo ordine vt illud priꝰ qꝺ ma
turiꝰ ad ſalutē. Quo ſtudio vt id ardētiꝰ qꝺ vehemē-
tius ad amorē. Quo fine ad edificationē tui ⁊ proximi.
Sunt eni q ſcire tm̄ volūt vt ſciāt ⁊ turpis curioſitas
eſt: ⁊ ſunt q ſcire volūt vt ſciātur: ⁊ turpis vanitas eſt /
⁊ ſunt qui ſcire volūt vt ſcientiam vendant: et turpis
queſtꝰ eſt / ⁊ ſunt qui ſcire volūt vt edificēt / ⁊ charitas
eſt / ⁊ ſunt qui ſcire volūt vt edificentur ⁊ prudētia eſt.
De ſtudio eiꝰ q nouus eſt i religione dr̄ in libro de vi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ta ſolita. Nouo in xp̄o hoī ad exercēda eius interiora meliꝰ ꝛ tutiꝰ ꝓponunt legēda et meditāda redēptoris noſtri exteriora: ꝛ oſtēdēdū i eis exēpliū humilitatis/ ꝓuocatio charitati/ ꝛ affectus pietatis/ ꝛ de ſcripturis ſanctis ꝛ ſanctorū patrū tractatibꝰ moralia queque ꝛ planiora. Proponēda etiā ſunt eis geſta et paſſiones ſanctorū: vbi nec laborandū ſit ei in planicie hiſtoriali et ſemꝑ aliq̄d occurrat qđ nouicii aīm excitet ad amorē dei ꝛ cōtēptū ſui. Porro alie hiſtorie delectāt q̄dē cū legūt / ſed nō edificāt quin potius mentē inficiūt/ ꝛ in tp̄e orōnis vł ſpūalis meditationis inutilia queque vel noxia ſcaturire faciunt memoriā. Lectiōis quidē modū ſequi ſolet ſimilis meditatio. Difficiliū etiā ſcripturarū lectio fatigat/ nō reficit teneriorē aīm/ frangit intentionem/ ebetat ſenſum vel ingenium.

De ordiatiōe rōnis q̄tū ad actū iudicādi. Cap. 4.

Ordinanda eſt ratio quantū ad actū iudicādi/ vt ab his que non ſunt noſtri iudicii humiliter ſe tēperet/ ea vero que ſunt noſtri iudicii diligenter examinet. Noſtri iudicii non ſunt que nobis incerta ſunt. de quibus dicit gloſa ſuper illud Mathei. 7. Nolite iudicare. Duo ſunt in quibus temerarium iudicium cauēdum eſt. Sunt enim quedam media ꝛ incerta de quibus ignoramus quo animo fiant/ que bene vel male poſſunt fieri. Neſcimus qualis futurus eſt qui nunc apparet malus: de cuius correctōe deſperare/ eumq̄ quaſi abiectum reprehendere temerarium iudicium eſt. 1. ad Corin. 4. Nolite ante tempus iudicare. Inferiores etiam non debent iudicare ſuperiores. Glo. ſuper Math. 7. Temerariū eſt q̄n quibus commiſſum non eſt/ iudicant. Roma. 14. Tu quis es qui iudicas alienum ſeruum. Ea que noſtri iudicii ſunt diligēter ſunt examinanda. Seneca. Prudentis eſt examinare conſilia /et non facili crudelitate ad falſa prolabi. Eccł. 19. Qui cito credit/ leuis corde eſt. Non eſt admittēda ſentētia i ꝯſenſu credulitatis niſi examinata

Seneca. Opiniones tue iudicia ſint. Sicut in diſpu-
tationibus nō admittimus niſi manifeſte vera: vel q̄
probatiōis extorſerit/ ſic in cōſenſum credulitatis nō
debemus admittere niſi vł manifeſta vel ea de quib⁹
ſit nobis plena fides/ qđ precipue ſeruandū eſt in his
que nō expedit nobis credere vt ſunt mala de primo
vel bona ſiue alta de nobis. Mala credita de proximo
faciūt ad hoc ꝙ eū deſpiciamus vel minus eū amem⁹
que nobis nō expediūt. Alta credita de nobis reddūt
nos tumentes/ ⁊ bonoꝝ inſuſceptibiles. Iſa. 5. Ve q̄
ſapientes eſtis in oculis veſtris/ ⁊ corā vobiſmetipſis
prudentes. Roma. 12. Nolite eſſe prudētes apud voſ-
metipſos. 1. ad Thimo. vltimo. Diuitib⁹ huius ſeculi
precipe nō ſublime ſapere. Magna eſtimatio ſui eſt
vt albugo in oculo interiori viſuꝫ impediens. Grego.
in paſtorali. Pupilla oculi nigra videt et albuginem
tollerās nichil videt: q2 humane ſenſus cogitationis
ſi ſtultū et peccatorē intelligit cognitionē claritatis
apprehendit/ ſi autē candorē ſapientie ſeu iuſtitie ſibi
attributa luce ſe ſupne claritatis excludit. Prou. 11.
Ubi humilitas ibi ſapientia. Grego. Prima ſtultitia
angeli fuit elatio cordis. Vera ſapientia hominis: eſt
humilitas ſue eſtimationis. In libro de vita ſolitaria.
Omnis ſuperbia eſt ſtulta.

¶ De ordinatōe rōnis ꝗtū ad actū memorādi. cap. 5.

O Rdināda eſt rō ꝗtū ad actū memorādi. Et no-
tādū ꝙ memoratiue rōnis triplex eſt act⁹. Pri
mus ē ſpecies ītelligibiles retinere: ſcđs ē eas repre-
ſentare/ terti⁹ ē amiſſas reparare ⁊ hoc eſt reminiſci.
Ad ordinationē memoratiue ꝑtinet vt ſalubria libent'
memoremur/ noxia ꝟo obliuiſcamur. De ſalubrib⁹ q̄
laudabilit' memoramur: aliqua tāgam⁹. ¶ Primo cō
mēdabilis eſt memoria benefactoris vel bñficij: ⁊ ma-
xime memoria creatoris vel redēptoris. Eccleſiaſtes
vlti. Memēto creatoris tui. Luce. 22. Hoc facite i meā
cōmemorationē. Exo. 13. Memēto diei hui⁹ q̄ egreſſi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eni dei ihabitātis tiorē reuerētie debet eis icutere. ¶ Scdo qr ab angelis frequētat. Unde Jacob vidit angelos aſcendētes ⁊ deſcēdētes in loco vbi dom⁹ de erat edificāda. Geñ.28. Specialiter dicūt āgelos adeſſe: cū miſſa celebratur. Grego. Quis fideliū dubiū habere poſſit in illa imolationis hora ad ſacerdotis vocē celos aperiri: atq ī illo Jheſu Chriſti myſterio angeloꝝ choros adeſſe ſūmis ima ſociari terrena celeſtib⁹ iūgi. Si reuerentia exhibenda fuit loco vbi angelus apparuit ioſue: quāto magis exhibēda eſt loco oratiōis qui ab angelis frequentatur? Joſue.5 Solue calciamentū de pedib⁹ tuis: locus eni quo ſtati ſanctus eſt. ¶ Tertio propter ſanctos ad quorum honorem dedicat⁹ eſt. ¶ Quarto propter ſacra que ibi continentur: vt ſunt ſanctorum reliquie. ¶ Quinto propter opera excellētia que ibi agūtur. ¶ Sexto propter beneficia que ibi recipiūtur. ¶ Septimo propter ſanctitatem quam in dedicatione ſuſcepit.

¶ Q̄ quinq pertinent ad reuerentiam loco orationis exibendam.

a D reuerētiam loco orationis exhibēdam quinq pertinēt. Primum eſt vt qui aſtare debet in cōſpectu dei cordis puritatē prouideat. Secundū eſt vt quantum poteſt dei offenſam caueat. Tertium eſt vt a terrenis cogitationib⁹ et affectionibus cor expediat. Quartum vt terrena opera nō ibi agantur. Quintum vt diſciplina oīmoda cātādo et pſallendo ſeruetur. Neceſſaria eſt puritas viro religioſo: vt ſanctus ante ſanctum aſtet et imaculatus ante imaculatū timēdū eſt id quod per ſe et maxime diſplicet deo ſcilicet peccatum: ante cōſpectum dei habere. Abacuc.1. Mūdi ſunt oculi tui vt non videas malū et ad iniquitatē reſpicere nō poteris. Ephe.1. Elegit nos deus vt eſſemus ſancti et imaculati ante conſpectum ipſius de contrario conqueritur dñs. Iſa.65. Popul⁹ qui ad iracūdiā ꝓuocat me: eſt ante faciē meā ſemꝑ. Ad cordis puritatē multū va

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

let ſi ſeruus dei in ſpeculo ſcripture ſacre faciem ani-
me ſue frequenter inſpiciat: et ad lauacrum confeſſio-
nis recurrat. Fuit lauatorium ante tabernaculum ſpe-
cula habens: in quibus ingreſſuri tabernaculum macu-
las ſuas videntes eas lauabant. Grego. Specula ſunt
dei precepta in quibus anime ſancte ſemper inſpiciunt
et ſi que in eis ſunt feditates dephẽdũt. Canti. 5 Ocu-
li eius ſicut columbe ſuper riuulos aquarum que lacte
ſũt lote. Lacte lota eſt anima cãdorem lacteum habẽs.
Hiero. Impoſſibile eſt quenq̃ deo placere: qui quic-
quid ei placeat ignorat. Fieri poteſt vt voto obſequẽdi
offendat: ſi quomodo obſequi debeat ante non didicit.
Frequentãda eſt cõfeſſio: vt puritas cordis habeatur.
Berñ. in epiſtolis. Audi cui places: ama vnde places.
Ama confeſſionẽ: ſi affectas decorẽ. Confeſſioni iungi-
tur decor. In pſal. Confeſſio et pulchritudo in conſpe-
ctu eius. Modum confitendi oſtendit. Berñ. dicens.
Omne quod remordet conſcientiam confitere humi-
liter pure et fideliter. ¶ Ad hũilitatẽ ꝑtinet vt culpã
tuã et ĩ his q̃ cõmiſiſti ⁊ ĩ his q̃ omiſiſti hũilit' recogno-
ſcas: et miſerum ſtatum ad quem adduxit te peccatũ
agnoſcas: et vt intelligas quãtum dei gratia ſit neceſ-
ſaria tibi vt eam queras. Adduxit te peccatum ad ni-
chilum. In pſal. Ad nichilum redactus ſum et neſciui.
Ad nichilum autẽ q̃tum ad valorẽ et virtutẽ. Hiere.
2. Quã vil' facta eſt nimis iterans vias tuas. Hũilitas
vas cordis inclinat: vt dei gratiã recipiat. In pſal: Cor
cotritum et humiliatũ deus nõ deſpicies. ¶ Pura de-
bet eſſe cõfeſſio ſine falſitatis admixtione/ ſine peccati
defenſione/ ſine ſui excuſatione vt cõmendatiõe/ ſine
alterius malicioſa accuſatione/ ſine corrupta intẽtione
¶ Ad fidelitatẽ ꝑtinet ꝙ qui ꝯfitetur fideliter negociũ
dei agat: peccata ſua manifeſtãs ad dei gloriã ⁊ ſui cõ-
fuſionẽ. Eſt enim cõfuſio adducens gratiã. In pſal. Di-
xi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meã domino: et
tu remiſiſti impietatem peccati mei. ¶ Ad fidelitatem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

etiā ptinet vt de effectu ⁊ vtilitate ſacramēti verā fidē habeat. Cordis puritatē reqrūt et orō et dei laudatio. Multū valet cordis puritas ad hoc/ vt orō exaudiatur. In pſal. Iniquitatē ſi aſpexi in corde meo nō exaudiet dñs. Gloſa. Puritas orōnis exaudiatur. Orō pura celū intrat et īpetrat. Unde ſup illud pſal. Intret orō mea in conſpectu tuo dicit gloſa. Uirtus magna pure orōnis hic notatur q̄ quaſi quedā perſone ad deū intrat et mādatū peragit: quo caro puenire nequit. Alter eſt de oratione non pura Apoca. 31. Non intrabit in ea aliquid coinquinatum. Laudatio etiam diuina puritatem requirit. Eccł. 15. Nō eſt ſpecioſa laus ī ore peccatoris. In pſal. Peccatori aūt dixit deus. Quare tu enarras iuſtitias meas? Laudatio ſi ſit decora/ deo eſt iocunda. Pſal. deo noſtro iocūda ſit laudatio. Dei laudatio /eſt angelica operatio. Unde angelicam puritatem requirit Bernū. loquēs de celeſti ciuitate. Eius operatio/ eſt aſſidua dei laudatio. In pſal. Beati qui habitant in domo tua domine: in ſecula ſeculorum laudabūt te. Operatio iſta deum honorificat ſecūdum illud. Sacrificium laudis honorificabit me: ſi tamen ipſa non ſit inhonorata. Inhonoratur: qui ab ore polluto egreditur. Cāti. 2. Oſtende michi faciem tuam? ſonet vox tua in aurib⁹ meis. Uox enim tua dulcis: ⁊ facies tua decora. Si decora eſt facies/ vox eſt dulcis. ¶ Multum cauenda eſt offenſa dei in loco orationis. Ualde enim peruerſum eſt ibi prouocare dei iram: vbi recipim⁹ eius gratiam. Ualde culpabilis eſt/ qui regi glorie in loco glorie contumeliā non timere referre. Locus glorie eſt locus orationis ſecundum illud pſal. Dñe dilexi decorē domus tue: et locum habitationis glorie tue. Locus glorie dicitur: quia talis debet eſſe vt ad dei gloriam cedat. Decēt regem glorie habitationē glorioſam habere. 3. regū 6. Nichil erat intēplo quod auro non tegeretur. Itē locus glorie dicitur: quia beneficia dei ibi recipiuntur: per que apparet deus glorioſus. Item opera ibi agere

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

debemus que deū glorificent: vt eſt oratio/ adoratio peccatorꝝ noſtrorū cōfeſſio/ et dei laudatio. Cōſueuerūt pauperes multum ſcđm ſuā facultatē honorare pſonas ſublimes cū ad eos declināt. Multū dei maieſtas eſt a nobis glorificanda: que ad vtilitatē noſtrā domum dignatur eligere ī quo nobiſcum cohabitet. Vn̄ hoc vili vermiculo ꝙ de⁹ cū eo habitare vult. ¶ Cor expediēdum eſt a terrenis cogitationib⁹ et affectionib⁹. Exo. 3. Solue calciamentū de pedibus tuis: locus enī in quo ſtas terra ſancta eſt. Bern̄. in meditationibus. Cum ad orandū ſiue pſallendū in eccl̄iam ītraueris fluctuātiū cogitationū tumultū exterius relinq̄: curāqꝫ oīm exteriorū penit⁹ obliuiſcere: vt ſoli deo poſſis vacare. Fieri nō poteſt vt cū deo loquatur/ qui cū toto mūdo etiā tacens fabulatur. Intēde ergo illi/ qui intēdit tibi. ¶ Cauendū eſt ne in loco orationis opera terrena agantur. Aug⁹. ī regula. Nemo in oratorio aliq̄d agat niſi ad qđ factum eſt. vnde nomem accepit. Legitur Marci. 11. ꝙ non ſinebat ſaluator vt quiſqꝫ trāſferret vas per tēplū. Ad diſciplinā in cātādo et pſallendo ſeruandā pertinēt ea que Bern̄. tāgit ſuper canti. his verbis. Immolantes hoſtiam laudis et reddentes vota noſtra de die in diem curemus omni vigilantia iungere ſenſum vſui/ affectū ſenſui/ exultationem affectui/ grauitatē exultationi/ humilitatem grauitati/ libertatem humilitati. Senſus iungendus eſt vſui/ id eſt pſalmorum intelligentia cū attentione ꝓlationis vocis. Unde ſuꝑ illud pſal. Pſallite. ſapiēter dicit gloſa. Nemo ſapienter facit qđ nō ītelligit. Bern̄. Cib⁹ in ore/ pſalmus in corde ſapit. Non negligat aīa illū terere dētibus intelligētie/ vt ſi forte integrū glutiat/ fruſtref palatū ſapore. Dulci ori ſuper mel ⁊ fauū. Itē iūgendus eſt affectus ſenſui. In libro de vita ſolitaria. Nūqꝫ itelliges Dauid donec experientia ipſos pſalmorum indueris affectus. Dauid intelligit in illo pſalmo. Dn̄e ne in furore tuo argu=

as me.ꝛc.qui affectũ timoꝛis induerit: vt ad intuitum illius furoꝛis quē ī die illa dñs exercebit cōtremiſcat. Hieronymus. Quoties illũ diem cogito toto coꝛpoꝛe cōtremiſco. Dauid intelligit in illo pſal. Deus iudiciũ tuũ regi da:qui diſtrictionē extremi iudicij timet:et ad ſaluatoꝛē amoꝛē magnũ habet. Duplici enim affectu Dauid poterat icitari ad illud petendum: ſcilicet timoꝛe dānationis ꝛ amoꝛe ſalutis. Itē exultatio iungēda eſt affectui. Hiero. Melioꝛ eſt quiꝗ pſalmoꝛum cantatio cum coꝛdis puritate/ ac ſerenitate/ ac ſpũali hylaritate: ꝙ totius pſalterij modulatio cũ anxietate coꝛdis atꝗ triſtitia. Itē qꝛ leuitas ſolet comitari exultationē: iũgēda ē grauitas exultationi. Dauid In populo graui laudabo te. Et quia hoīes graues ſolēt cōtēnere hoīes leues vel de grauitate ſua vanā gloꝛiam querere: ideo iungēda eſt humilitas grauitati. Itē qꝛ humilitatē quādoꝗ ſequitur puſillanimitas/ iungēda eſt etiam humilitati libertas: que eſt cum coꝛ dilatatũ eſt. Habundantia gratie vt mere ꝛ voluntarie faciat quod pꝛo deo facit. 2. ad coꝛ. 3. Ubi ſpiritus dñi ibi libertas. Sapiēs. Libertas ē poteſtas viuēdi vt velis. ¶ Pſalmodia debito modo facta multũ eſt fructuoſa: cũ ad aduentũ ſpiritus ſācti ſit pꝛeparatiua. Greg. Vox pſalmodie cum per intētionē coꝛdis agitur per hanc omnipotenti deo iter paratur ad coꝛ: vt intente mēti vel ꝓphetie myſteria vel gratia cōpunctionis infundatur. 4. regũ. 3. Cũ quidā reges vellēt ꝙ heliſeꝰ ꝓphetaret: ait. Querite michi pſaltē. Et cũ pſalleret excitatus eſt ſpiritus eius ꝛ pꝛophetauit.

¶ Quod diſſolutio in choꝛo ſit multum cauenda.

e T notādũ ꝙ cum viro religioſo vbiꝗ cauēda ſit diſſolutio: ſpecialiter tamē eſt et cauēda in choro/ vbi ante deũ ſtatur ꝛ diuine laudi itēditur. Unde īter duodecim abuſiones clauſtri ꝗ a beato Bernardo aſſignantur/ diſſolutio in choꝛo ponitur. Abuſiones ille ſunt iſte. Pꝛelatus negligēs/ diſcipulꝰ inobediēs/

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

iuuenis ocioſus/ſenex obſtinatus/monachus curialis
Religioſus cauſidicus/habitus precioſus/cibus ex-
quiſitus. Rumor in clauſtro/lis in capitulo/diſſolutio
in choro/irreuerentia iuxta altare. Diſſolutio in cho-
ro multum cauenda eſt/quia in illa offenditur deus/
cuius laudi intenditur/que ex hoc perturbatur. Offen
duntur fratres/quorum deuotio impeditur. Offen-
duntur angeli pſallentibus adiuncti: qui pſalmodiam
auſcultant. In pſal. Preuenerunt principes coniũcti
pſallẽtibus. Canti. 8. Qui habitas ĩ hortis amici au-
ſcultant te: fac me audire vocem tuam. Bern̄. ſuper
Canti. Pſallentibus dignanter angeli admiſceri ſo-
lent: propterea attẽdite angelos fratres cum ſtatis ad
orandum ꝛ pſallẽdum: ꝛ ſtate cũ reuerentia ꝛ diſcipli-
na. Nimiꝝ miſſi in miniſterium propter nos vt here-
ditatẽ capiamus ſalutis deuotionẽ noſtrã inſuper fe-
runt: ꝛ referunt gratiã. Vſurpemus officiũ quoꝝ ſor-
timur cõſortium. Laudẽ cum celi cãtoribus in cõe du
cẽtes vtpote ciues ſanctoꝝ ꝛ domeſtici dei. Hoc enim
bonũ eſt: tum ꝑpter nos ad reuelãdos vite preſentis
labores q̇ vtiqꝫ tollerabiliores nobis fiũt exiſtẽtibus
in laude dei: tũ qꝛ nil ita ꝓprie quedã in terris repre-
ſentat habitationis celeſtis ſtatum ſicut alacritas lau-
dãtium deum. Idẽ. O ſi quis haberet cordis oculos
apertos videret qua cura quoue tripudio interſũt cã-
tantibus: aſſunt orantibus/inſunt meditantibus/ſu-
perſunt quieſcẽtibus/ordinantibus ꝛ procurantibus
preſunt. Agnoſcunt nimirũ ſuperne poteſtates conci-
ues ſuos. ꝛ pro his qui hereditatẽ capiũt ſalutis ſolli-
citi congaudent: confortant/inſtruunt/ꝛ protegunt.
¶ Ad diſſolutionem in choro hec pertinent: oculorũ
euagatio/riſus ex defectu fratris prouocatus/incita-
tio alioꝝ ad riſum per aſpectũ vel aliter facta locutio
inordinata/preſumptio cantandi aliud q̄ ſcriptum ſit
vel aliter q̄ ceteri cãtant/nimia vocis exaltatio: mo-
dulatio vocis ſtudioſa ꝛ curioſa. Reprehẽſibilis etiã eſt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in cantu diminutio vocis frauduléta. ¶ Oculoꝝ eua-
gatio mētis inuagationē īdicat. Hugo de ſctō victo-
re. Sūtquidā q̄ mēte vagi plana parietū ꝓſpicientes
ꝑluſtrāt/ aliud cātāt ⁊ aliđ cogitāt. In choro ſunt cor-
pore/ ⁊ ī foro mēte. Riſus ꝓuocat⁹ ex defectu fratris
ſignū eſt interne malicie /ſicut dolor ꝓuocat⁹ ex ꝑfe-
ctu fratris. ¶ Qui a riſu vult cauere: ab aſpectu fra-
trū oculos corporales dꝫ cohibere/ ⁊ oculos cordis in
deū dirigere. Et qꝛ ī choro loquimur cū deo ⁊ dei allo-
cutionē expectam⁹/ ceſſandū eſt ibi ab humano collo-
quio. Nichil leuitatis eſt ibi ꝑſumēdū. Aug⁹. in regu
la. Qđ nō ita ſcriptū eſt vt cātetur: nō cātetur. ¶ Ca-
uēda eſt nimia vocis exaltatio. Meli⁹ eſt cātare apte
q̄ alte. Apud deū alte cātat humilitas/ cū cātus eius
de celo audiat. Eccľ. 35. Orō humiliātis ſe nubes pe-
netrabit. Hugo de ſācto victore. Timeo ne ſicut dele-
ctant altitudine vocis/ delectētur etiā elatiōe mentis.
Idē. Differt muſica xp̄i a muſica dyaboli. Illa a voce
ſublimiori incipit/ hec aūt ab humiliori. Ille ait. Po-
nā ſedē meā ad aquilonē/ ⁊ ero ſimilis altiſſimo. Chri
ſtus ait. Diſcite a me/ quia mitis ſuꝫ ⁊ humilis corde.
Nō decet etiā viros religioſos ſtudioſa et curioſa vo-
cis modulatio/ nec eis expedit. qꝛ animi deuotionem
impedit. Bern̄. Sepe vocē meā fregi vt dulci⁹ canerē
magis delectabar in vocis modulatione q̄ cordis cō-
pūctione. Deus vero cui nō abſcōdit̄ quicq̄d illicitum
ꝑpetrat̄ nō querit lenitatē vocis: ſed cordis puritateꝫ.
Preponēda eſt dulcedo cordis/ dulcedini vocis. Dul
cis eſt vox illa ad quā altiſſimus aurē ſuā inclinare di-
gnatur. Viro religioſo cōtēnēda eſt delectatio que eſt
ſcđm auditū ſicut ⁊ delectationes que ſunt ſcđm alios
ſenſ⁹. Illa delectatione frui conſiſtendo ibi: nō vide-
tur perfecte: ſobrietati conuenire. Grego. Cū blanda
vox queritur/ ſobria vita deſeritur. Auguſtin⁹. Cum
accidit vt me amplius cantus q̄ res que cantatur
moueat: penaliter me peccaſſe ꝓfiteor. Modulationi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vocis intẽdẽs vt frequẽter potius volũt placere hoĩb⁹ q̃ deo. Hugo de ſancto victore. Sũt alij voce diſſoluti qui vocis modulatione gloriãtur/ nec tñ gaudent de dono gratie: ſed alios ſpernũt tumẽtes elatione. Quã talevitas vocis/ tanta forſitã ⁊ mẽtis. Cantãt forſitan vt placeãt pplo magis q̃ deo. Qui ſic cãtant nõ cantãt in choro cum maria ſorore moyſi/ ſed in palatio cũ herodiade vt placeant diſcumbentibus vel herodi. Tales vendentes ⁊ ementes ſunt in templo/ vendũt cantandi gratiam humanam ementes gloriam: digni a tẽplo a ſaluatore expelli. Studioſa vocis modulatio ad dei gloriam poteſt pertinere/ ſicut ⁊ alia que ad decorem rerum ſacrarum ſtudioſe fiunt. Infirmis etiam ⁊ imperfectis valere poteſt ad releuationẽ laboris preſentis vite. Perfectis etiã valere poteſt ad eleuationem eorum in contemplationem future iocunditatis/ tamen vt frequenter nociua eſt ipſis cantantib⁹ ⁊ maioris boni impeditiua. Cauenda eſt fraudulẽta vocis diminutio qualis eſt in eis qui per ſe cantantes ſonorius ceteris cantant/ cantãtes vero cum alijs ſibi parcunt a cõmuni labore ſe ſubſtrahentes/ onus pſalmodie ⁊ cantus ſuper alios relinquentes. Quod accidere ſolet hoĩbus qui magis volunt placere hominibus q̃ deo. Nolũt enim in cãtu cõmuni laborare/ cũ in hoc nõ appareãt hoĩbus. Modũ pſallẽdi oſtẽdit Bernar. his verbis. Moneo vos altiſſimi pure ſemper ac ſtrẽnue diuinis itereſſe laudibus. Strẽnue quidẽ vt ſicut reuerẽter ita alacriter dño aſſiſtatis nõ pigri nõ ocitãtes/ nõ ſomnolẽti/ non parcẽtes vocibus/ nõ preſcindẽtes verba dimidia/ nõ integra trãſilictes/ nõ fractis ⁊ remiſſis vocibus muliebri quidem balbutiẽte voce cõſonantes: ſed virili vt dignũ eſt ſonitu ⁊ affectu voces ſpũs ſancti depromẽtes. Pure ṽo vt nichil aliud q̃ quod pſallitis cogitetis. Nec ſolas dico cogitatiões vanas et ocioſas vitandas/ ſed vitande ſunt etiam et



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ille/illa hora ⁊ illo loco quas officiales fratres pro cōi
neceſſitate frequēter admittere ꝯpellūt/ſ; nec illa q̄dē
ꝑfecto tūc recipere ꝯſuleri q̄ forte pauloāte ī clauſtro
ſedētes ī codicib⁹ legeratis. Salubria enī/ſūt ſ; mini
me illa int̄ pſallēdū ſalubrit̄ reuoluit;. Spūs enī ſctūs
illa hora gratū nō recipit q̄cq̄d aliō q̄d debes obtuler;.

¶ Q; reuerētia multa iuxta altare ſit adhibēda ⁊ irre-
uerentia multum cauenda.

S Icut multū cauenda eſt diſſolutio in choro/ſic
multū cauenda eſt irreuerētia iuxta altare. Ad
exhibendā reuerētiā ibi primo mouet preparatio quā
ſacerdos et miniſtri acceſſuri ad altare faciūt in ablu-
tione manuū ⁊ oris/⁊ ornatu ſacrarū veſtiū ⁊ ꝯfeſſio-
ne. Inurbanū enī eſt nō lotis manibus.i.operibus ad
menſam regis glorie accedere. Neceſſaria eſt accedē-
tib⁹ ad altare manuū puritas/cū ſcd̄; puritatē manuū
deus retribuat nō ſcd̄; pluralitatē actionū. Au. Meli⁹
eſt penitus ſpūalia omitti/q̄ impure tractari. Puritas
etiā oris neceſſaria ē/cū in hoc mēbro magis indecē-
ſit immūdicia ⁊ hoc mēbrū ſit magis diuino officio de-
putatū. Candor etiā innocētie cū ornatu ceterar̄ vir-
tutū in miniſtris ad altare accedētib⁹ debet ſplēdere.
Defectus vero ſi quis adeſt humilitate cōfeſſionis d;
ſuppleri. Bern̄. Apud dn̄m fratres ius habere nō poſſu-
mus/q; in multis offendim⁹ oēs/ſed nec fallere eum.
Ipſe enim nouit abſcōdita cordis/quāto magis opera
manifeſta? Nec reſiſtere virib⁹ q̄m oīpotēs eſt. Quid
ergo reſtat niſi ad remedia humilitatis tota mēte cōfu-
gere ⁊ quicquid in alijs minus habemus de ea ſuppl
re? Periculoſum eſt ad altare abſq; preparatione acce-
dere vt figuratū ē. Leuit. 16. Ubi dn̄s dixit moyſi. Lo-
quere ad aaron fratrē tuū ne omni tp̄e ingrediat̄ ſan-
ctuariū q̄d eſt intra velū corā ꝓpiciatorio quo tegitur
arca vt nō moriat̄ q; in nube apparebo ſup oraculū ni-
hoc añ fecerit ⁊c. Tunica linea veſtiet̄ feminalib⁹ li-
neis verēda celabit. Accinget̄ zona linea/cydari line-
imponet capiti. Tunica linea ptinet ad candorē inno-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

centie q̄ eſt ei neceſſaria vt.ſ.ſit abſq nigredine malicie. Feminalia linea ptinēt ad cōtinētiā. zona linea ad ſobrietatē vt ſit ſine vētris ingluuie. Cidaris linea ad intentionis puritatē. Reuerentiā etiā requirit ſanctitas vaſoꝝ que tractari debent. Iſa.52. Mundanū qui fertis vaſa dñi. Leuit.22. Omnis homo qui acceſſerit ad ea que cōſecrata ſunt in quo eſt immundicia peribit corā dño. Itē reuerentiā requirit ſacroſanctū corpus dñicum.2. Regū.6. Interfectus eſt oza tangēs arcā. Cauſam huius dicuntur hebrei fuiſſe q̄ i nocte precedenti cū propria vxore dormierat. Si temeritatē illaꝫ ſic puniuit dñs/ quanta pena digni ſunt qui ſine reuerētia ad dñicū corpus accedūt/ cuius figura fuit arca. Exo.19. Sacerdotes qui accedunt ad dñm ſanctificētur ne percutiat eos. Itē reuerentiā requirit miniſterium angeloꝝ qui miniſtris eccleſie in altaris miniſterio aſſociantur. Cū ꝯtraria iuxta ſe poſita magis fiant manifeſta/ magis ⁊ indecēs eſt impuritas miniſtroꝝ eccl'ie puritati angeloꝝ p̄ſentiū cōparata. Maxime cauēda eſt irreuerētia his qui i corpus dñicū ſunt accepturi. Legitur i libro Paſchaſij q̄ q̄cūqꝫ indigne cōicāt niſi bonitas xp̄i cuius iudicio oīa pendēt gladiū ſuſpēderet ⁊ tpalē mortē vt peniteāt remoueret ab angelis ad hoc poſitis perimerentur. Irreuerentia iſta nō ſolū in futuro ſed etiā in preſenti punitur. Unde poſt illud .1. ad Coꝝ.11. Qui manducat ⁊ bibit indigne iudiciuꝫ ſibi manducat ⁊ bibit/ ſubditur. Ideo inter vos multi infirmi ⁊ imbecilles ⁊ dormiunt multi. Gloſa. Infirmi febribus ⁊ alijs infirmitātibus ⁊ imbecilles longa inualitudine ⁊ dormiunt id eſt moriuntur morte corporali. Irreuerentia iſta comparatur peccato crucifigētium xp̄m. In eodem. Quicunqꝫ manducauerit panē et biberit calicē dñi idigne reus erit corporis ⁊ ſanguinis domini. Ambroſius. Mortis Chriſti penis dabitur id eſt ac ſi Chriſtum occiderit punietur.

¶ De ordīatiōe ptinēte ad locū correctiōis. Cap.14.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

s Equitur de ordinatiõe ptinẽte ad locũ correctio‍nis. Ad hãc ordinationẽ primo pertinet / vt is q̃ in religiõe eſt correctionẽ multũ diligat. Multũ amã‍da eſt correctio etiã ab eo qui eſt in ſeculo / ſed amplius ab eo qui eſt in clauſtro. Quadruplici rõne amãda eſt correctio a quocũq;. ¶ Prima eſt quia corrigibilitas diſtinguit inter hoĩem malũ ⁊ dyabolũ. Homo malus dũ eſt in hac vita mortali ſuſceptibilis eſt correctiõis / dyabolus nõ. Vñ corrigibilitas multũ aſſimilat hoĩem dyabolo ſcḋm illud Eccl. 21. Qui odit correctionẽ / veſti‍giũ eſt pctõris. Sicut veſtigiuꝫ valde eſt ſimile pedi / ſic qui odit correctionẽ valde ſimilis eſt dyabolo q̃ an‍thonomaſice dicitur peccator. ¶ Scḋa rõ q2 correctio valde cõgruit loco in quo ſumus. In celo nõ habet lo‍cũ correctio / cũ nulla ibi ſit corruptio pcti. In inferno vero nõ eſt poſſibilis correctio / licet ſit ibi pcti corru‍ptio. Sed in hac valle miſerie eſt ⁊ peccati corruptio / ⁊ poſſibilis correctio. Ad hoc poſuit deus hoĩem in hoc loco vt ſub virga diuine diſcipline viueret: ⁊ mala ſua ibi corrigeret. Corrigibilitas eſt maximũ bonũ preſen‍tis vite / vel de maximis bonis. Hoc bono nõ amato / bonũ eſſet pctõri ſi natus nõ fuiſſet. Melius eſſet ei eſſe canẽ vel bufonẽ q̃ȝ hoĩem. ¶ Tertia rõ ẽ / q2 correctio eſt multũ vtilis. Virga correctionis fructifera eſt. Vñ ſignata ẽ per illã virgã que ꝓtulit flores ⁊ amigdala. Numeri. 17. Prouer. 27. Melior eſt manifeſta corre‍ctio q̃ȝ amor abſcõditus. Eiuſḋ. 29. Virga atq; correctio tribuit ſapientiã. ¶ Quarta rõ eſt. q2 defectus corre‍ctionis valde eſt noxius / ⁊ piculoſus. Ubi deeſt corre‍ctio abũdat peccati corruptio. Vñ q̃ odit correctionẽ amare videtur corruptionẽ. Propter qḋ q̃ hic nõ cor‍rigitur / in futuro dãnabitur. Exoḋ. 4. Proiecit moy‍ſes virgã / ⁊ verſa eſt ĩ colubrũ. Coluber occidit / virga nõ. Prouẽ. 23. Si pcuſſeris eũ virga nõ morietur. Virga corectionis in colubrum vertitur / q2 qui hic nõ corri‍gitur in futuro a ſerpentibus infernalibus cruciabitur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Prouer.15. Qui odit increpationes morietur. Eccl. 19. Qui odit correctionē minuetur vita. Et vita nature ⁊ vita gratie. Prouer.29. Viro qui corripientē ſe dura ceruice contemnit repētinus ei ſuperueniet interitus. Amor correctiōis ſignū eſt ſapiētie. Prouer.9. Argue ſapientē ⁊ diliget te. Eccl.10. Vir prudēs ⁊ diſciplinat⁹ nō murmurabit correctus. Econtrario odiū correctionis ſignū eſt inſipiētie. Prouer.12. Qui odit increpationes/ īſipiens. Inſipiens gratiā correctiōis reputat iniuriā ⁊ contumeliam/ ideo volens ei vicem reddere ſi poteſt diffamat eum. Eiuſdē.9. Qui arguit impium ſibi maculam generat.

Q; ſpecialiter amanda eſt correctio ab eo qui eſt in religione.

s Pecialiter amanda eſt correctio ab eo qui eſt in religione. Religio enim eſt locus correctionis. Ad hoc homo ingreditur eā: vt mala ſua ibi corrigat. Incorrigibilitas ē ſpecialis cauſa quare aliquis a religione eſt expellēdus qn̄.ſ. culpas non timet ꝯmittere ⁊ penā recuſat ferre. Gratia valde neceſſaria eſt ei qui in religione eſt ad hoc ꝙ bene ſe habeat ad correctionem/ que gratia ſi deſit frequenter eſt ī perturbatione/ nec in religiōe proficit ⁊ vix ibi perſeuerat. Ad amorē correctiōis primo pertinet vt clauſtralis ad locū correctionis libēter veniat. Locus iſte hoſtibus noſtris eſt terribilis demonibus et vicijs. Demones locum illum et metuunt ⁊ odiunt. Quando enim frater ea que dyabolus ei ſuggeſſit humiliter ei qui locū dei tenet oſtendit ⁊ diſcipline humiliter ſe ſubdit dyabolus triſtatur ac ſi ipſe flagellaretur. Legitur in.2. libro dyalogorum beati Gregorij ꝙ cum beatus Benedict⁹ quendam monachum quē niger puerulus a loco orationis extrahebat virga percuſſiſſet/ non eſt antiquus hoſtis auſus dominari in eius cogitatione ac ſi ipſe percuſſus fuiſſet ex verbere. Et ſicut locus orationis dyabolo eſt expoſus/ ſic ſpiritui ſancto valde eſt grat⁹.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Peccata enim ibi arguuntur/ et remittuntur. Argutio vero pctoꝝ et rēmiſſio /ad ſpiritū ſctm̄ ptinet Johā.16. Arguet mundū de pctō. Libēter dꝫ clauſtralis venire ad iudiciū capituli/ p qđ euaſurus eſt diſtrictū iudiciū dei. Quod tn̄ multi nō faciūt. Eccl'.32. Pctōr hō vitabit correptionē. Itē ad amorē correctionis ptinet clauſtralis libenter accuſationē faciat. accuſationē vero ſui ab alio factā patiēter ſuſtineat/ et correctioni eius qui preeſt acquieſcat. Plus debet odire mala ſua ꝙ mala alterius/ et amplius ea pſequi. Seruꝰ vere humilis ſm̄ Bern̄. Nō vult humilis pdicari. Cōſciāꝫ magis amplectitur ꝙ famā/ plꝰ diligit bonitatis puritatē ꝙ nomē. Et nō ſolū q̄ preeſt ſed etiā fratres qui' aſſunt reputat volētes et valētes ſuis infirmitatibꝰ mederi ad minus orādo: ideo infirmitates ſuas eis libenter manifeſtat. Illos vero q̄ eū accuſant reputat obſequētes nō perſequētes medicātes nō ſagittātes. Ideo nec iraſcit̄ cōtra eos immo patiēter accuſationē ſuſtinet/ qđ valde laudabile eſt. Aug. ad Hiero. Cū ſctis ſit a tenēdo itinere in nullo ꝙ in aliq̄ declinare/ multo tn̄ eſt mirabiliꝰ et laudabiliꝰ libēter accipe corrigētē ꝙ audacter corrigere dementē. ¶ Acq̄eſcere corrigēti ſignū ē dilectionis/ nō acq̄eſcere vero ſignū eſt ſtultitie et pūerſitatis. Prouī.17. Plus pficit correctio apud prudētē ꝙ cētū plage apd ſtultū. Eiuſdē.27. Si cōtudeas ſtultū in pila q̄ſi ptiſanas feriēte deſup pilo nō auferet ab eo ſtultitia eius. Eccl'.1. Peruerſi difficile corrigū. Peruerſus eſt qui intellectu et affectu eſt corruptus.

¶ Quomodo ſe debet habere i loco correctionis qui iudicat et qui accuſat.

e Et notandū ꝙ in loco correctionis cuncta ordinata ſunt facienda. Multū enim cauendū eſt ne culpe augeantur vbi debent deleri/ et ne locus correctionis fiat locus corruptionis. Multum cauendum eſt ei qui preeſt qui iniuſtitias aliarum debet corrigere ne iniuſte agat. Cauendū eſt illi q̄ accuſat ne accu-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſatio eius ſit accuſabilis: vel reprehēſio reprehēſibilis. Ille vero qui accuſatur ſic ſe dʒ hr̄e vt eos quos exēplo ſuo malo ſcādalizauit/ humilitate ꝛ patiētia ſua edificet ꝛ nō amplı⁹ ſcādalizet. Oēs ibi reuerēter ſe debent habere/ cū iudiciū capituli ymago quedā ſit iudicij diuini futuri. Non debēt de defectib⁹ fratrū q̄ manifeſtatur ridere/ ſed cōpati ꝛ pro eis orare. Juſtitiā eius qui preeſt debet comitari diſcretio/ pietas ꝛ māſuetudo. In eo q̄ accuſat apparere debet charitas ꝛ modeſtia. In eo q̄ accuſat̄ humilitas/ patiētia/ ꝛ obediētia. ¶ Q̄ diſcretio ꝛ māſuetudo ſint neceſſarie ſignificatū eſt in hoc ꝙ ī archa fuerūt cū virga teſtamēti tabubule ꝛ māna. In ꝟga enī intelligit̄ correctio. In tabulis vbi lex erat ſcripta diſcretio/ in māna māſuetudo. Pietas neceſſaria eſt. Ignis enī zeli ardere dʒ in oleo mie. Grego. ſup ezechielē. zeli ſcī diſcretio de ꝟtute mie neceſſarie eſt vt ardeat. Aug⁹. Duo ſūt noīa homo pctōr. Q2 pctōr eſt corripe/ q2 homo ē miſerē. In pſal. Corripiet me iuſt⁹ ī mia ꝛ īcrepabit me. 2. ad Theſſal. vltimo. Nolite quaſi inimicum exiſtimare illū ſed corripite vt fratrē. Ad diſcretionē eius qui preeſt primo ptinet vt correctionē efficacē op⁹ diuinū eſſe intelligat ꝛ ideo ante correctionē orōnē dʒ ꝑmittere ꝛ ſi viderit fratrē correctū deo inde dʒ gloriā dare/ ꝛ grās agere Eccl. 7. Cōſydera opera dei ꝙ nemo poſſit corrigere quē ille deſpexerit. Cōſyderādū eſt q̄ opera ſint ꝓprie dei alterius virtuti non poſſibilia: inter que correctio inuenitur. Ad diſcretionem eius etiam qui preeſt pertinet vt agnoſcat que culpe ſecreto ꝛ q̄ manifeſte ſint corrigēde. Occulta culpa ſecreto ē corrigēda / maxie ſi infamiā generat. Mat. 18. Si peccauerit in te frater tu⁹ corripe eū inter te ꝛ ipm ſolū. Manifeſta culpa manifeſte eſt corrigēda. 1. Thim. 5. Peccātes corā oīb⁹ argue/ vt ꝛ ceteri timorē habeāt. Q̄d dicit̄ corā oīb⁹ referēdum eſt ad participium ꝛ ad verbum. Iſidorus.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Manifeſta pctã nõ ſunt occulta purgatione purgãda. Palam arguendi ſunt qui palam nocent/ vt dũ aperta obiurgatione ſanantur hi qui eos diligunt imitando corrigãtur. Item ad diſcretionem eius qui preeſt pertinet/ vt agnoſcat cui vel quando debeat parcere vel punire. Cum parcere ꝛ punire ſint cõtraria / ↄtrarioꝝ eadẽ ſit diſciplina/ qui neſcit parcere/ neſcit punire. Gregorius. Siue plectendo ſiue parcendo hoc ſolum bene agitur vt vita hoĩm corrigatur. Attendẽdus eſt ſtatus perſonarũ que corriguntur/ qꝛ non ſanat oculũ quod ſanat calcaneum. Cum veterano parcus agendũ eſt: vt ait Seneca. i. ad Thi. 4. Seniorẽ ne increpaueris/ ſꝫ obſecra vt patrẽ. Qui nõ poſſũt benignitati corrigi terrore ſunt corripiẽdi. Aug. ad bonifaciũ. Quidam dixit pudore ꝛ libertate liberos retinere/ ſanctiꝰ eſſe credo amore ꝙ metu. Et ſubdit Auguſtinus. Hoc verum eſt/ ſed ſicut meliores ſunt quos dirigit amor ita plures ſũt quos timor corrigit. Iſidorus. Qui blãdo verbo caſtigatur et non corripitur. acrius neceſſarie eſt vt arguatur. Cum dolore enim abſcindẽda ſunt que leuiter ſanari non poſſunt. Manſuetudo neceſſaria eſt in correctione. In pſal. Superuenit manſuetudo et corripiemur. Scñ. Vicia animi ſicut vicia corporis leuiter tractanda ſunt. Gal. 6. Vos qui ſpirituales eſtis huiuſmodi inſtruite in ſpiritu leuitatis conſyderans teipſum ne ꝛ tu tempteris. Agnoſcens infirmitatem propriã cõpatitur aliene/ ꝛ in manſuetudine proximũ corrigit. In pſalm̃. Sciant gentes qm̃ homines ſunt. Eccl. 31. Intellige que ſunt proximi tui ex teipſo Gregorius. Omnipotens deus idcirco principem apoſtolorum permiſit cadere/ vt ĩ culpa ſua diſceret qualiter alijs miſereri deberet. Super omnia cauẽdum eſt ei qui in loco correctionis preeſt ne ira dei dñetur. Ira enĩ furor breuis eſt ſecundum ſententiam ſapientis. Illa aufert veram iuſtitiã iuxta illud. Iaco. i. Ira enĩ viri iuſtitiã dei nõ operatur. Illa diſcretionem minuit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quia ipedit ira animū ne poſſit cernere verū. Illa miaꝫ aufert iuxta illud ꝓuer.27. Ira nō habꝫ miam. Illa cōtraria eſt māſuetudini. Māſuetudo eni eſt tēperantia i vi iraſcibili: ſicut ſobrietas vel cōtinētia eſt tēperantia in vi cōcupiſcibili. Ira ꝟo eſt turbatio iraſcibil. ¶ In accuſante debet charitas apparere. Virga enim correctionis procedere dꝫ de radice ieſſe. i. incendio amoris. Illos vero libēti⁹ debet accuſare quos ampli⁹ amat. Apo.4. Ego quos amo arguo et caſtigo. Sunt aliq̄ qui illos maxie volūt corrigere quos vident nō amare: q̄ꝛ correctio ab his quib⁹ adhibetur no reputat correctio ſed hoſtilis perſecutio. Modeſti⁹ etiā dꝫ accuſare aliū q̄ ſeipſū.2. ad thi.2. Seruū dn̄i oportet eſſe patiētē/ cū modeſtia corripientem. In eo qui accuſatur humilitas et patientia debēt apparere: vt erubeſcibilia ſua hūliter et patient audiat. Appetere etiā debet in eo obedientiā vt in ſuſceptiōe diſcipline patienter obediat. Sicut iuxta verbū ſapientis: fabricando fabri/ et cytthariſando cythariſte fimus: ita audiendo erubeſcibilia noſtra que nobis diſplicent patiendo hūiles et patientes efficimur. Si vero videatur ei qui accuſatur ꝙ ille qui p̄eſt min⁹ iuſte ſe habeat ad memoriā: debet reducere ꝙ ſaluator patiētiā habuit cū pilat⁹ eū iiuſte iudicauit: ⁊ ꝙ a militib⁹ iniuſte flagellat⁹ fuit. Bern̄. Stetit Iheſus ante p̄ſidē inclinato capite demiſſis aſpectib⁹ vultu placido/ ſermone raro/ parat⁹ ad opprobria/ prōptus ad verbera. Lis in capitulo maxime cauenda eſt que inter abuſiones clauſtri enumeratur. Ad eandē vero cauendam multū valet ſi hi qui innocentes et maioris perfectionis ſunt taceant: et eū qui p̄eſt pro ſe reſpōdere permittāt. De quo exemplū habem⁹. Luce 7. vbi phariſeo obloquēte marie magdalene maria tacet: ſaluator pro ea reſpondet. Eiuſdem.10. Martha accuſante mariam maria tacet: ſaluator reſpondet. Ex eo ꝙ ille qui preeſt pro innocente iiuſte accuſato non loquitur aliq̄n occaſio eſt ꝙ innocens pro ſe loquitur et lis inde oritur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Sequens capitulum de ordinatione pertinente ad locum refectionis. Cap. 15

S Equitur de ordinatione pertinēte ad locū refectionis: ad quā ptinet q̄ claustralis cibū corporis adſuſtentationem non ad delectationem querat: cibum vero ſpiritualem ibi non negligat. Cibus exquiſitus non congruit deſerto clauſtri. Unde conuenienter inter clauſtri abuſiones cibus exquiſitus enumeratur. Quod clauſtrali apponitur: diſciplinate/ ſine murmure cum gratiarum actione debet ſumere. De diſciplina iſta quere in ſecundo libro.

¶ Sequens capitulum de ordinatione pertinente ad locum dormitionis. Cap. 16

S Equitur de ordinatione ad locum dormitionis pertinente. Ad quā ordinationem primo pertinet: vt ī ſtatu periculoſo clauſtralis nō dormiat. Scđo vt lecti mollicies non querat. Tertio: vt nudus nō iaceat. Quarto vt pigredo ei ſomnum non immittat. Quinto: vt pigricia eum in lecto non detineat. Sexto vt brutaliter non dormiat. Septimo vt ſomnus inordinatus tempus oportunius ſpiritualibus exercitijs nō impediat. ¶ Nō eſt ſecurū obdormire in poteſtate dyaboli ſcilicet in peccato mortali. Super .illud pſal. Immiſſiones per angelos malos dicit Auguſtin⁹. In malis poteſt dyabolus ſicut in ſuo pecore: niſi prohibeatur a maiore. 2. ad Thimoteum. 2. Ad yabolo captiui tenētur ad ipſius voluntatem. Sicut vbi abundant latrones homines domos ſuas ſcrutantur anteq̄ȝ lectum ſuum intrent ne latrones ibi lateant: ſic clauſtralis debet domum conſcientie ſue perſcrutari anteq̄ȝ obdormiat ne latro infernalis ibi lateat. Multum timendum eſt illi ſuper cuius caput iuſtitia dei tenet gladium euaginatum ſic obdormire. In tali ſtatu eſt qui eſt in peccato mortali. Job. 19. Fugite a facie gladij: q2 vltor iniquitatis eſt gladius. Multum timendū eſt obdormire ad portam inferni. Quaſi ad portam inferni eſt: qui eſt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

a peccato mortali. Limen corporis diuidit inter ipſum
et infernum. Si enim anima ſeparetur a corpore quaſi
in pũcto deſcẽdit in infernũ. Juxta illud Job.21. Du=
cunt in bonis dies ſuos: et in pũcto ad infernum deſcẽ=
dunt. ¶ Non debet clauſtralis quietẽ ſomni dare cor=
pori ſuo/ donec locum quietum preparauerit in ſe deo
et ſpiritui ſancto. Pſal. Si dedero ſomnũ oculis meis
et palpebris meis dormitationem: et requiẽ tempori=
bus meis donec inueneniam locuꝫ dño. Anteq̃ obdor=
miat de malis ſuis a deo debet veniam petere: et ora=
tiõe ⁊ ſigno crucis contra tẽtatiões ſe munire ¶ Nõ
debet lecti molliciem querere. Saluator in paſſione
ſua lectum durum habuit ſcilicet lignum crucis: et illi
qui exẽplo ⁊ amore eius crucem clauſtralis penitentie
aſcendit duricies lecti magis q̃ mollicies cõgruit. Au=
guſtin⁹. Lecctum ſuum diuiſit Chriſt⁹ diſcipulis ſuis.
Idem. Moriatur in cruce: qui vult crucifixum placa=
tum videre. ¶ Non debet clauſtralis nudus iacere. Le
cti duricies ad hoc valet vt ſurgat libentius. Qui ia=
cet indutus ad hoc valet vt ſurgat facilius/ et vt ſurgẽ=
do triſtetur minus. Eccleſiaſtici.32. Hora ſurgendi nõ
te triſtet. Item cauere debet ne pigricia ſomnum imit=
tat. Prouer.19. Pigredo immittit ſoporem. Itẽ ne pi=
gricia eum in lecto detineat. Prouer.26. Sicut oſtiũ
vertitur in cardine ſuo: ita piger in lecto ſuo. ¶ Caue=
re etiam debet ne brutaliter dormiat. In libro de vita
ſolitaria. Caue inquantum potes ſerue dei ne totus
aliquando dormias: ne ſit ſomnus tuus non requies
laſſi ſed ſepultura corporis ſuffocati. Carnalis ſõnus
et brutus ſicut dicitur letheus abominandus eſt ſeruo
dei. Ad hoc ꝙ ſõnus nõ ſit brutalis duo valẽt ſcꝫ ſobrie=
tas in ſumendo cibũ et ſenſuum cuſtodia. In libro de
vita ſolitaria. Sobrium cibũ ſobriumqꝫ ſenſum ſequit̃
ſobrius ſõnus. Cauere etiam debet clauſtralis ne tẽpus
matutinũ ſomn⁹ inordinatus occupet. Oportunius enĩ
eſt orationi/ lectioni/ et meditationi. Job.8. Si dilucu=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lo conſurrexeris ad deũ omnipotentẽ deprecatꝰ fueris ſi mundus et rectus inceſſeris ſtatim euigilabit ad te: et peccatuȝ reddet habitaculum iuſtitie tue. In pſal. Mane aſtabo tibi. ꝛc. Iſa. 26. Mane vigilabo ad te. ¶ Solent diuites primo pauperi dare qui eis occurrit. Sic deus libenter exaudit orationem mane factam. Sapientie. 16. Oportet ꝑuenire ſolẽ ad benedictionẽ tuã. Filij iſrael colligebant mãna hora matutina. Exo. 16. Illa hora dulcedo ſpiritus ſancti ſuſcipitur.

¶ De ordinatiõe ꝑtinente ad locũ locutiõnis Cap. 17.

S Equitur de ordinatione pertinente ad locum locutionis. Et eſt notandum ꝙ cum lingua ꝗ̃tum ad locutionem / ſpeciale ſit organũ rationis: ad hãc ordinationem primo pertinet vt lingua in hunc actum non exeat / quin actus rationis precedat ſcilicet examinatio ſermonis qui dicendus eſt. Unde in pſalm̃. dicitur de iuſto quia lingua eius loquetur iudicium. id eſt ſermonem examinatum. Item cum mors et vita ſint in manibus lingue. Prouer. 18. Pertinet etiam ad hanc ordinationẽ vt cum timore ligua exeat ĩ actum loquẽdi. Item cum gubernatio lingue ſit valde difficilis et valde vtilis: premittenda eſt oratio locutiõi. Domini enim eſt gubernare linguã. Prouer. 16. ¶ De diſciplina in locutione require ſupra libro ſecundo. Folio. 31. Specialiter debent clauſtrales cauere relationes rumorum de negocijs ſecularibus. vnde inter abuſiones clauſtri rumor enumeratur. Qui ad clauſtruȝ rumores ſeculares afferunt mundum quodam modo in clauſtro introducunt / et faciunt fratres reminiſci que oportuit eos obliuiſci. Periculum fratrum videntur amare: qui in naui religionis aquam maris huius mũdi volunt ponere.

¶ Incipit quarta pars in qua agitur de ordinatione animi reſpectu temporum. ¶ De ordinatione ſecundum diuerſitatem tẽporũ. Cap. 18.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

DIcto de ordinatione respectu locorũ: dicẽ-
dum est de ordinatione respectu temporum.
¶ Ad hanc ordinationem pertinet vt is
qui in religione est debito modo se habeat
de nocte de die ante prandium/ post prãdiũ/
in diebꝰ festiuis/ et non festiuis/ tẽpore pro-
speritatis et aduersitatis/ tẽpore iuuẽtutis et senectu-
tis/ in statu incipientis/ profectꝰ et perfectionis. Ordi-
nationem istam in parte ostendit Hugo de sancto vi-
ctore his verbis. Tempora agendi discurrenda sunt.
Alius modus est viuẽdi in die: alius in nocte. Nox est
tempus silentij et quietis: dies tempus laboris/ mo-
tionis ⁊ operis. In nocte secum debẽt esse hoĩes: ⁊ aut
fessa mẽbra reficere: aut rationibꝰ vel meditatiõbꝰ san
ctis in silentio animũ exercere. In die vero de secreto
suo in vnum coeunt: et adinuicem rursum vidẽdos se ⁊
imitãdos ostẽdat. Tũc exẽpla bonoꝝ opeꝝ tũc exhorta
tiones sctõꝝ verboꝝ dare accipere alterũ licet. Tũc q̃
alienos actꝰ scrutat̃ impudẽs iure dicit̃: tũc q̃ alienos
actus qualit̃ expedit imitari dissimulat torpẽs vel inu-
tilis merito noĩat̃. Sed nec eadẽ debet ẽẽ facies nr̃a
postq̃ refecti sumꝰ: q̃ fuit priusq̃ cibũ sumeremꝰ. Añ
enĩ cibũ sũptũ magis hylares nos esse cõuenit: ne ipsa
nr̃a abstinẽtia grauis ⁊ molesta esse videat̃. Post ve-
ro magis modestos ⁊ tacitos: ne per gule viciũ crapu-
la nos inflãmasse putet̃. Añ sũptũ cibũ doctrine ⁊ or̃o-
nis tp̃s ẽ: post vero operis: q: ⁊ tũc exercẽdꝰ est animꝰ
dũ adhuc ad studiũ spũale leuis est: ⁊ tũc rep̄mẽda est
caro qñ calor incẽtiui eiꝰ ꝑ cibũ ãplius excitatꝰ ẽ. Sic
⁊ festi dies aliud studiũ ⁊ aliũ cõuersatiõis modũ exi-
gunt atq̃ hi in quibus operari licet exposcũt. In illis
nos oportet deuotioni intẽdere atq̃ in or̃one diutius
perseuerare: habitu incessu ⁊ actu maiorẽ deuotionẽ
erga cultũ diuinũ demõstrare: nichil nõ sanctũ/ nichil
non diuinũ/ nichil non ordinatũ agere: linguã a va-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

uiloquo cohibere/ pedes ab excurſu ꝛ diſcurſu reſtrin-
gere/ oculos comprimere/ vultum inclinare/ mentem
erigere/ omnē deniq̧ actum ꝛ omnem motum cordis
pariter myſterio diuino mancipare/ atq̧ vt ita dicam
quādā cōuerſationis nouitate feſtos dies honorare.
In ceteris vero diebus in quibus operari licet nullus
oīno ocioſus apparere ſed vnuſquiſq̧ in eo quod in-
iunctum fuerit ſibi non quod ipſe eligerit quantum
ſcientie ꝛ virtutum ſuarū poſſibilitas ſuppetit debet
exercere. ¶ Quantum enim decoris addit diebus fe-
ſtiuis quies vacationis/ tantū ornamēti confert cete-
ris diebus ſtudium boni operis/ ita vt in illis quicūq̧
noluerit eſſe quietus iudex ſit vanitatis ſue/ ꝛ in iſtis
qui non fuerit ſtudioſus teſtis pigricie. Carnales ſi-
quidem mentes ne in illis diebus quieſcant vanitas
exagitat/ vel ne in iſtis bono opere ſe exerceant pigri-
cia ligat. Quapropter non neglīgēter quidē in bono
opere habenda eſt diſcretio temporum/ quia ſicut ma
lum opus nullo tempore laudabile eſt/ ita opus bonū
quodāmodo reprehēſione dignum iudicatur ſi tēpore
oportuno factum non eſt. ¶ Debet ſeruus dei diebus
feſtiuis conſyderare gratiam quam ſancti in preſenti
vita habuerunt: ꝛ gloriam ad quam peruenerunt: lau-
dibus ſanctorum ꝛ eius a quo gratiam ꝛ gloriam ha-
buerunt inſiſtere/ exemplis eorum ſe prouocare/ amo-
rem ꝛ ſuffragia eorum acquirere/ glorie eorum/ con-
gaudere/ ꝛ exemplis eorum prouocatus ꝛ de dei libe-
ralitate ꝛ ſuffragiis eorum confiſus: ſimilem gloriam
deſyderare ꝛ ſperare.

¶ Sequitur quomodo ſe debet habere ſeruus dei tē-
pore proſperitatis ꝛ aduerſitatis.

t Empore proſperitatis ſeruus dei amplius debet
timere ꝙ tempore aduerſitatis. Periculoſior enī
eſt proſperitas ꝙ aduerſitas: cum ſecundum Grego.
aduerſitas ſeuiendo erudiat: proſperitas blandiēdo
seducat. Prouerbiorū i. Proſperitas ſtultorum per-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

det eos. Tempore proſperitatis maiori diſcretione debet ſe regere. Seneca. Tunc conſilia ſalutaria aduoca: cum tibi alludet vite proſperitas. Tunc te inter diem in lubrico retinebis ac ſiſtes. Potius indiget lumine qui incedit per lubrica loca: ꝙ qui incedit per loca arida. Sic lumen ſapientie magis neceſſarium eſt homini in proſperis ꝙ in aduerſis. Proſperitatē comitari ſolet ſecuritas/gaudiū/elatio animi. Quodlibet vero iſtorum occaſio ſolet eſſe preputij. In pſal. Ego dixi in abundantia mea non mouebor ineternū. Et ſubditur. Auertiſti faciē tuam a me: ⁊ factus ſum conturbatus. Sicut vinum purum habentes capita debilia infatuat: ſic gaudium temporale cordibus infirmis nocet niſi temperetur aqua tribulationis / vel ſaltem memoria. Eccleſiaſti. xi. In die bonorum ne immemor ſis malorum: nec in die malorum immemor ſis bonorum. Tempore proſperitatis neceſſarius eſt vſus temperantie: tempore aduerſitatis vſus patientie. In periculo eſt cui in proſperis deeſt temperātia: vel in aduerſis patientia. Unus perit aquis deliciarū: alius aquis tribulationum.

¶ Q; ocioſitas multum cauenda eſt iuueni.

i Iuuentutis tempore ſpecialiter cauenda eſt ⁊ timenda ocioſitas. Unde inter abuſiones clauſtri enumeratur iuuenis ocioſus. Et ſecundum Hugonē de ſancto Victore. Large dicitur iuuenis non ſolum ille qui eſt in adoleſcentia: ſed etiā ille q̄ eſt in etate matura. ¶ Quadruplici ratione reꝑhēſibilis ē ocioſitas i iuuene. Primo qꝛ hec etas labori ē ꝯgrua. Scđo qꝛ doctrine ⁊ aſſuefactiōi ē idonea. Unū vituli in iuuētute domāt; ⁊ equi tūc ābulationi aſſueſcūt / in ſenectute vero nō ſunt ſuſceptibiles taliū. Tertio qꝛ hec etas ꝓna eſt ad leuitatē: ideo onere laboris ſtabiliēda eſt. Maturitatem quam in ſenibus facit etas: in iuuenibus debet facere huius oneris grauitas. Quarto qꝛ in iuuenibus corpus eſt in ſuo robore: ⁊ ſāguis in ſer-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

uore. Unde corpus niſi opprimatur onere laboris: dominari vult ſpiritui ⁊ nõ ſeruire. Juuenib⁹ neceſſaria eſt virga correctõis: ⁊ on⁹ laboris. Eccl. 33 Libaria ⁊ virga ⁊ on⁹ aſino: panis ⁊ diſciplina ⁊ opus ſeruo corpori ſcilicet ad ſeruiendum ſpiritui dato. Hugo de ſcõ victore. Juuenis eſt ocio: quaſi iumentum ſine iugo. ¶ Quatuor ſũt ſigna bone ſpei ĩ iuuene: ſcilicet amor laboris / taciturnitatis / corporis continentia / ⁊ verecũdia. De tribus vltimis dicit Anſelmus. Jn iuuene tria notantur quibus ad proſperitatẽ võturus prenoſcitur. Hec autem ſunt taciturnitas corporis / continentia ⁊ verecundia.

¶ Quot obſtinatio multum cauenda ſit ſeni.

t Empore ſenectutis ſpecialiter timẽda eſt obſtinatio. vnde ĩter abuſiones clauſtri enumeratur ſenex obſtinat⁹. Hugo de ſãcto victore. Jnter abuſiones huius ſeculi: maior eſt ſenis obſtinatio: qui morti proximus mortis non abhorret aduentũ: qui quaſi ad oſtiũ mundi huius foris ſpectat. nõ tamen vite pſentis attendit egreſſum: nec ingreſſũ future vite deſyderat. Audit nũcios mortis: ⁊ credere nõ vult eis. Tres ſunt nũcij mortis: caſus / ĩfirmitas / ⁊ ſenectus. Caſus dubia: ĩfirmitas grauia / ſenectus certa nũciat. Caſus nunciat mortẽ latentẽ: infirmitas apparentem: ſenectus preſentem. Ex incertitudine timor: ex infirmitatis grauitate dolor: ex certitudine ſenectutis nõ obſtinatio ſed humilitas ⁊ afflictio ſequi deberet. Jn ſenectute maiori diſcretiõe opus ẽ. Gregori⁹. Tãto debet eſſe quiſq; ĩ ſui regimine cautior: quãto fuerit etate puectior. ¶ Periculoſa eſt inſipientia in fine vite. Jllam enĩ nulla corrigit ſapiẽtia. Frequenter hec inſipiẽtia inuenitur in illis quos mundus reputat ſapientes. Unde de cupido ⁊ auaro legit Hie. 17. Jn nouiſſimo ſuo erit inſipiẽs. Sapiẽtia vero ĩ fine vite multũ eſt vtilis. Stultitias enim pcedentis vite corrigit.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Obſtinatio i ſene ideo pіculoſa ē/qꝛ ĩ eo etas ſenilis ad duritiā facit ⁊ vt frequēter longa aſſuefactio ad malū.

## ¶ De ptinētibꝰ ad diuerſos ſtatus religiōis. Cap. 19.

i In ſtatu incipiētis debet intēdere clauſtralis deſtructioni vite ſecularis ⁊ extirpationi viciorꝫ. Deſtructio vero vite ſecularis omnimodo non fit ſubito. Unde Gregorius in moralibus. Conuerſionū initia bonis moribus maliſqꝫ permixta ſunt/ ⁊ noua iam per intentionem agitur ⁊ vetus adhuc vita ex vſu retinetur. Et notandum ꝙ quinqꝫ de cauſis accidit ꝙ in eo qui ingreditur religionem vita vetus non deſtruitur. ¶ Una cauſa eſt quia per longam conſuetudinem vita ſecularis quaſi in naturam verſa eſt. Conſuetudo enim eſt quaſi altera natura. Hiere. 13. Si mutare poteſt ethiops pellem ſuam/ et pardus varietates ſuas/ ⁊ vos poteritis benefacere cum didiceritis malū. Prouer. 22. Prouerbium eſt. Adoleſcens iuxta viam ſuaꝫ etiam cum ſenuerit non recedet ab ea. Eccl. 10. Languor prolixior grauat medicum. ¶ Secunda cauſa eſt laxitas monaſterij. Sicut ſerpens non in foramine lato ſed arcto veterem pelleꝫ deponit: ſic in monaſterio illo mores ſeculares nō deponuntur in quo fratres ſecundū ſuam voluntatem viuere permittūtur. ¶ Tertia cauſa eſt defectus doctrine. In pſal. Lex dñi immaculata conuertens animas. Lex dei eſt vt ignis ad quē fit cordis liquefactio/ vt priori forma amota fiat noue forme impreſſio. Hieremi. 23. Nunquid non verba mea ſunt quaſi ignis ardens. Deutero. penulti. In dextera eius ignea lex. In pſalm. Ignitum eloquium tuum vehemēter. Canti. 5. Anima mea liquefacta eſt vt dilectus locutus eſt. ¶ Quarta cauſa eſt defectus boni exempli. Seneca. Longum iter per precepta/ breue et efficax per exempla. Exemplum bonū ſe habet vt forma exemplaris/ que multū valet ad hoc ꝙ aliquis nouitatem vite aſſequatur. ¶ Quinta cauſa eſt defectꝰ bone voluntatis/ que eſt quedā informis materia oīm



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bonorum in religione. In ſtatu incipiĉtis multum eſt neceſſarius timor domini: qui mala q̄ iam ſunt expellat/ ꝛ his que nondum ſunt reſiſtat. Bernardus in ſermone. Ante omnia nouicijs timor dei neceſſarius eſt/ quo nimirum peccata preterita poſſint delere et cauere futura. Timorẽ enī domini (vt ait ſcriptura) expellit peccatum: ſiue quod commiſſum eſt: ſiue quod tentat intrare. Expellit hoc penitendo: illud reſiſtēdo. Si timor deſit nec peccata que erant expelluntur nec: peccatis reſiſtitur. ¶ Et ſic de his que pertinent ad diuerſos ſtatus religioſorum: patet.

¶ Q ꝫ valde reprehenſibilis eſt religioſus qui in religione male viuit.

c T notandum valde reprehenſibilem eſſe eum qui in religione male viuit: quia aut in ſeculo male vixerat vel bene. Si bene: valde reprehenſibilis eſt quia male viuit inter bonos qui bene vixerat inter malos: et inter innocentes innocentiam amiſit qui inter nocentes eam ſeruauit. Si vero in ſeculo male vixerat et metuens ne incideret in manus dei viuentis carcerem clauſtri ſpontanee ſibi elegerat: valde fatuus eſt cum dominum carceris in carcere offendit/ et funem peccati quo in inferno ſuſpendatur quem in eo miſericordia domini diruperat reſtituit/ et que dirumpenti vincula ſua ſacrificium laudis ſacrificare debuit/ pro laude cōtumeliam reddit. Dederat ei dominus locum penitentie: et ipſe abutitur eo in ſuperbiam. Dei benignitas adduxerat eum ad penitentiam: ipſe vero theſaurizat ſibi iram. Non timet ibi peccata perpetrare: vbi perpetrata in ſeculo debuit corrigere. Miſericordie quoqꝫ dñi illudit: qui ei penam eternam cui etiā pro minimo mortali quod fecerat adiudicaturus erat penam momētaneam commutauit. ¶ Item valde reprehēſibilis eſt: qui deo negligit reddere vota illa que diſtinxerunt labia ſua. Non enī onus religionis ei nolenti impoſitum eſt, ſed poſt experientiam et delibera-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſcḋm ꝙ xp̄ani ſum⁹: Ad id ꝙ hōes vn⁹ pr̄ fuit Adā vna mater fuit Eua: ad id ꝙ xp̄ian⁹ es vn⁹ pr̄ eſt deus/ vna mater eccl̄ia. ¶ Tertia ꝑfectiſſima eſt q̄ oīa bona facit coīa et tp̄alia ⁊ ſp̄ūalia. ¶ Quinto req̄rit hoc ſocietas maxia q̄ eſt inter eos q̄ ſunt vni⁹ religiōis: qui ſil̄ iacēt/ comedūt/ ⁊ bibūt/ qui nō ſolū accedūt ad eādē mēſā corporis ſ ȝ etiā ad mēſā doctrine celeſtis et ad mēſā ſacri altaris. Unde ꝓdicioſe agit frater/ ſi fr̄i eiuſdē cōgregationis nocet. Qui in religione a fr̄e ſuo ꝑſecutionē patitur: dicere pōt. Manus ꝓditoris mecū eſt in mēſa. ¶ Sexto requirit hoc ꝙ qui in religiōe ſūt mūdo mortui ſunt. Magna ipietas eſt i mortuū deſeuire: cū claui qui corpus dn̄icū leſerūt dulces dicātur/ lācea q̄ corp⁹ eius mortuū ꝑforauit dira dr̄. ¶ Septimo req̄rit hoc ꝙ ipſi ſunt de patria vna in terra aliena/ icolis illius terre exoſi/ q̄ multū ſolēt facere ad amorē. Uiri religioſi nō ſunt de mūdo iſto/ celū eorū patria eſt ⁊ a mūdo odiuntur et perſecutionē patiuntur. Johā. 15. Si de mūdo eſſetis mundus qḋ ſuū erat diligeret/ qꝛ vero de mūdo nō eſtis/ ꝓpterea odit vos mūdus. ſi religioſi nō amant ſeinuicē/ q̄ſi ſine amicis erūt in mundo iſto. ¶ Octauo requirit hoc ꝙ ipſi patrē ⁊ matrē ⁊ oēs alios ſibi attinētes pro ſocietate religionis reliquerūt. Unde magna ꝑuerſitas ⁊ iniquitas eſt/ ſi ſocietatē praua faciūt ſibiinuicē. ¶ Nono requirit hoc ſimilitudo. Eccl. 13. Oē aīal diligit ſil̄e ſibi Etiā aīalia irrōnabilia illā ferocitatē nō exercent in aīalia ſue ſp̄ēi q̄ꝫ i alia aīalia exercēt: qḋ pꝫ in lupo ⁊ leōe. Lupus eni lupū nō ledit/ et leo leoni non nocet. Ipſa aqua q̄ naturalit̄ hꝫ pugnā cū igne pacē hꝫ cū alia aq̄/ q̄ eſt eiuſdē ſp̄ēi cū ea. Sic vnus religioſ⁹ aliꝗ religioſo nō dꝫ nocere. ¶ Decimo req̄rit hoc abūdantia bonorū ſp̄ūaliū: quā hn̄t viri religioſi. Quāto enim hn̄t plura bona/ tāto magis ſolliciti debent eſſe de eorū conſeruatione/ et ipſorum amiſſione timere. Auguſtinus ad religioſos. Quanto frequētiores orationes habetis/ tanto ſanctiores eſſe debetis. Idem intelligendū

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eſt de alijs operibus eorū ad que multum valet innocentia vt prius oſtenſum eſt. Innocentia multum grata eſt deo: et multum vtilis homini. Aug⁹. Nichil deo dignius vel chari⁹ eſſe poteſt/ q̄ vt innocētia tota obſeruatione teneatur. Licet enī quis in alijs operibus deuotus appareat/ ſi illā non habuerit ſibi fruſtra blāditur. Anſelmus. Si hinc peccati pudorē et illic cernerem inferni horrorem et neceſſario vni eorū haberē immergi/ prius me in infernuʒ mergerem q̄ peccatum in me immitterem. Malleʒ enim purus a peccato et innocens gehēnā intrare q̄ ſorde pollutus celorū regna tenere/ cum cōſtet ſolos malos in inferno torqueri/ et ſolos bonos in celi beatitudine foueri.

De partibus innocentie. Cap. 9.

Et notandum eſt quatuor partes innocētie eſſe. Prima pertinet ad id qđ eſt ſupra nos ſcilicet deum. Secūda ad nos. Tertia ad id quod eſt iuxta nos ſcilicet proximū. Quarta ad id quod eſt infra nos ſcilicet temporalia bona. Qui primā partē innocentie habet cauet ne deo noceat/ vel dei gloriā ſibi vſurpando vel eam ledēdo/ vel diminuendo/ qui ſcđam partem hʒ ſeruat ſuā cōſcientiā mundā. qui tertiā partē hʒ ſeruat famā bonā ne exēplo ſuo malo noceat ꝓximo. q̄ quartā ꝑtem hʒ abuſionē bonorū tēporaliū cauet. Hec q̄tuor ꝑtes innocētie ſunt quaſi quatuor latera clauſtri ſpiritualis: infra q̄ ſpūs bn̄ ordinat⁹ deābulat: ſcđʒ illđ pſal. Perābulabā in inocentia cordis mei. Pratū v̄o amenisſimū eſt cōſcia ſacris meditationibus intētiſſima: celeſtib⁹ deſyderijs fragrātiſſīa/ vbi velut lilia cādēt affectiōes caſtitatis velut roſe rubēt affectiōes patiē et pietatis/ patientie rubore ꝓprio pietatis alieno/ vbi velut viole redolēt affectiōes humilitatis. In medio ſpes velut laur⁹ ꝑpetuū virorē p̄ſtat et vmbraculū. Ubi nō deeſt aq̄ celeſtis doctrine inde eſt viriditas ſecūdū illud. Eccl. 14. Sup̄ oēm aquā viriditas ad horā fluminis.

De nocumentis q̄ mali inferunt bonis. Cap. 10.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

i Tem notādum ꝙ in religione mali multis modis nocēt bonis. Quantū ad bona tēporalia nocent eis vel ſuperflue circa ſe exponēdo: vel his quibꝰ danda non erant ea dando. Nocentes primo modo ſimiles ſunt vſurarijs: qui volunt eſſe ſocij in lucro ⁊ nō in damno. Minus enim ceteris volunt laborare: plus ceteris conſolationis habere. Exemplum ſecundi nocumenti habemus in iuda proditore qui fur erat ⁊ loculos habens que mittebantur portabat. Johan. 12. Que danda erāt pauperibus: dabat vxori ſue ⁊ filijs. Satis deberet ſufficere ad compeſcēdum ab hoc peccato pena infelicis mortis: cuius hoc peccatum ei occaſio fuit. Suſpenſus enim crepuit medius. Actuū. 1. Nocent etiam mali bonis in religione ſubtrahēdo eis debitum beneficium ⁊ preſtando eis ſalutis impedimentum: fratrum aduerſarium iuuando verba detractionis vel conuicij fratribus iniuriando. Subſtrahunt eis beneficium concilij/ exhortationis/ conſolationis/ exēpli boni/ adiutorij/ ⁊ correctionis: vnde innocentes non ſunt. Auguſtinus. Duobus modis nocet homo ſi facit miſerum vel deſerit miſerum. Idem in regula ſua. Innocentes non eſtis ſi fratres veſtros quos indicando corrigere poteſtis: tacendo perire permittitis. Salutis preſtant impedimentum qui miniſtrant malum exemplum: qui volentibus ire in paradiſum reſiſtunt: dum in via cum eis incedūt ⁊ quaſi ad manum trahunt in infernum quos trahere debuerunt in paradiſum. Aduerſarium iuuant dum peccāt. Se enim ligant: ⁊ impotētes ſe reddunt ac aduerſarij impugnationem. Aduerſariū etiam iuuant dū verbo vel facto ad malū fratres incitant quod non eſt parua proditio. Manifeſte proditor iudicaretur ꝗ in conflictu exiſtēs cum deberet iuuare ſuos verteret ſe ad aduerſarios/ ⁊ impugnaret ſocios ſuos.

¶ De his que incitare debent vel poſſunt virum religioſum vt fratres ſuos amet. Cap. 11.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

s Equit̃ de dilectione: ⁊ quot modis q̃ ẽ i religione debeat operã dare vt fratres amet ⁊ ab eis amet̃. Primo tãgetur de his q̃ incitare poſſunt vt eos amet. ſcḋo de mõ amãdi. tertio de his q̃ valere poſſũt ad hoc vt frater amet̃. quarto ſpãliter de amore inimicoꝝ. ¶ Circa p̃mũ notandũ ꝙ ad amãdũ ꝓximũ p̃mo incitat natura. ſecũdo ſcriptura. tertio gr̃a. quarto ad idẽ valere poſſunt exẽpla. quinto põt ad hoc valere ſi oſtẽdatur dilectionis vtilitas magna. ſexto ſi oſtẽdãt odij dãna. ¶ Natura ad hoc incitat: cũ naturaliter p̃cepta iuris naturalis in corde hois ſint ſcripta. Quoꝝ primũ habet̃ Thobie. 4. Qḋ ab alio oderis fieri tibi vide ne tu aliqñ alteri facias ſcḋm habetur. Math. 7. Quecũqꝫ vultis vt faciãt vobis homines: ⁊ vos eadẽ facite illis. Dilectio eſt debitum naturale quo vnus homo alligatus eſt alteri a quo debito nullus abſoluit̃ quãtumcũqꝫ ab eo ſoluatur. Unde ſuper illud Roma. 13. Nemini quicq̃ꝫ debeatis niſi vt inuicem diligatis. dicit Auguſtinus. Charitas eſt que etiã reddita ſemꝑ detinet debitorem. Seneca. Hec ſocietas diligenter ⁊ ſancte eſt obſeruanda q̃ nos omnes omnibus nectit ⁊ indicat aliquod eẽ cõmune ius generis humani: quod plurimũ ad interiorem ſocietatẽ amicitie colendam ꝓficit. Omnia eni ꝯmunia cũ amico habebit: qui multa habet cũ hoie. Idẽ. Sapiens hõ amicus pro hoie ẽ/ ſtultitie amicus nõ eſt pro hoie. Scriptura ad idẽ incitat/ q̃ ad amandum ꝓximũ multũ hortatur. Iohã. 13. Mandatũ nouũ do vobis: vt diligatis inuicẽ. ⁊c. 1. Io. 4. Chariſſimi diligamus nos inuicẽ. 1. Petri. 4. Ante omnia autem mutuam in vobiſmet charitatẽ continuam habentes. In hoc multum incitat ſcriptura ad dilectionem ꝙ oſtẽdit eã eſſe legis plenitudinẽ/ ⁊ ſpeciale ſignũ diſcipuloꝝ Chriſti/ ⁊ p̃ceptũ de dilectione ſpeciale eſſe p̃ceptum ipſius. De primo habet̃ ad Ro. 13. Qui diligit proximũ legem impleuit. De ſecundo. Iohan. 13. In hoc cognoſcent omnes quia diſcipuli

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mei eſtis ſi dilectionē habueritis adinuicē. De tertio eiuſdē. 15. Hoc eſt ꝓceptū meū: vt diligatis inuicem. ¶ Gratia ad hoc incitat que oſtēdit hoīem factum eē ad imaginem dei. Licet aliquis omnes filios amici ſui amet tamē ſpecialem amorē habet ad eum qui amico ſuo eſt ſimilior. Scilicet ad opera dei cōmuniter amorem habere debeamus: tamen ſpecialiter ad hominē ad cuꝰ imaginē ⁊ ſimilitudinē factū. Geñ. 1. ¶ Gratia oſtēdit ꝓximū mēbrū eſſe corporis illius cuius Chriſtꝰ eſt caput. 1. Ad corꝫ. 12. Vos eſtis corpus Chriſti. Nō amat caput: q̄ nō amat mēbra. Itē gratia oſtendit hoīe ꝓximū eſſe dei filiū/ Chriſti fratrē ⁊ coheredē: ⁊ eterne glorie ſecū participē futurꝫ. Si amādi ſunt fr̄es q̄ diuidēdo hereditatē portionē vniuſcuiuſq̃ minorꝫ faciunt: q̄tū amādi ſunt illi fr̄es q̄ portionē vniuſcuiuſq̃ augēt? Quāto enī plures erūt electi: tāto āplius gaudebūt. Plus gaudebit vnus electorꝫ de gloria aīe alterius q̄ de gloria ꝓprij corporis. ¶ Ad amādū ꝓximū etiā incitare poſſūt exēpla. ⁊ p̄mo exēplū Chriſti. Non eſt deſpiciēdus quē Chriſtus ita charꝫ habuit ꝙ ꝓ eiꝰ amore mori voluit. Apphēdere debemus ꝓximū hoc ꝓcio: ne nobis vileſcat. Apo. 1. Qui dilexit nos ⁊ lauit nos a peccatis nr̄is in ſāguine ſuo. Titū. 2. Qui dedit ſemetipſū pro nobis. ¶ Scdo exēplū angeli qui adeo amat hoīem/ vt cuſtodiat eū in oībus vijs ſuis. Non ē deſpiciēdus homo ab homine: qui adeo charus eſt angelo. Videte ne cotēpnatis vnū ex his puſillis. Dico enim vobis quia angeli eorꝫ ſemper vidēt faciē patris mei qui in celis eſt. Mathei. 18. ¶ Tertio exemplum ſanctorum. Legitur in vita ſancti Johānis euāgeliſte: ꝙ cum ipſe deueniſſet ad vltimam ſenectutē ⁊ vix inter diſcipulorum manus ad eccleſiam deferretur nec poſſet plura dicere verba: ad quālibet pauſam dicebat hoc. Filioli diligite alterutrum. Tandem diſcipuli ⁊ fratres qui aderant audientes ꝙ eadem verba ſemper diceret: dixerunt. Magiſter: quare ſemper loqueris

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Qui rñdit. Qr pceptum dñi eſt/ ⁊ ſi ſolum fiat ſufficit. Quarto exẽplum creaturarũ irrationabiliũ/ q̄ amorẽ habẽt ad indiuidua ſue ſpeciei. Eccl'.13. Omne aial diligit ſiſe ſibi/ ⁊ ois caro ad ſimilẽ ſibi ꝯiũget. ¶ Incitare poteſt etiã ad idẽ magna dilectiõis vtilitas Dilectio mẽbra in illo nobiliſſimo corpore cuius Chriſtus eſt caput vnit: ⁊ virtute mẽbroꝝ vnita aduerſario reſiſtit: ⁊ ad pfectionẽ pducit. De pmo habet Col'.3. Super oia charitatẽ hñtes qđ eſt vinculũ pfectionis. De alio dicit Tul. Virtutũ amicitia adiutrix a natura data eſt/ nõ vicioꝝ comes. vt qr ſolitaria nõ poſſet virt' ad ea que ſũma ſunt peruenire ꝯiuncta ⁊ ſociata cum altero perueniret. ¶ Dãna etiãq̄ odiũ facit ad idem incitare poſſunt. Hoc facit fraternum odiũ in corpore myſtico: qđ facit diuiſio continuitatis in corpore humano/ ex qua ſequit̃ dolor magnus ⁊ quãdoq3 mors.

¶ De modo amandi proximũ. Cap.12.

Circa modũ amãdi pximũ notandũ q̄ ſcriptura triplex exẽplar de hoc nobis miniſtrat. ¶ Primũ eſt amor quo Chriſtus amauit nos. Joh.15. Hoc eſt pceptum meũ vt diligatis inuicẽ ſicut dilexi vos. ¶ Scđm ẽ amor quo amam' noſmetipſos. Math.22. ⁊ Luce 10. Diliges pximũ tuũ ſicut teipſũ. ¶ Tertiũ eſt amor quẽ habent mẽbra eiuſdẽ corporis adinuicẽ. Roma.12. Sicut in vno corpore multa membra habemus: ita multi vnũ corpus ſumus in chriſto. ¶ Circa primũ notãdum q̄ chriſtus amauit nos amore gratuito gratis ſcilicet dato: nõ pcedẽtibus meritis reddito 1.Johã.4. In hoc eſt charitas nõ quaſi nos dilexerimus eũ: ſed qm̃ ipſe prior dilexit nos. Sic amãdus eſt pximus. Amor eoꝝ qui nolũt amare niſi illos a q̃bus ſe primo agnoſcũt amari: nõ habet gratiã apud deum. Math.5. Si diligitis eos q̄ vos diligũt: quã mercedẽ habebitis? Nõne publicani hoc faciũt? Item amauit nos amore recto: qr non propter vtilitatem ſuam ſed noſtram: non vt a nobis reciperet ſed vt nobis daret.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sic amādus eſt proximus. Sen̄. Ego amicum paro/ vt habeā pro quo mori poſſim: vt habeā quē in exiliū ſequar/ cuius morti me opponā ⁊ impedā. Iſta quam tu deſcribis negociatio eſt nō amicitia: que ad cōmodum attendit/ q̄ quid cōſecutura ſit ſpectat. Idē. Sapiēs habere amicū vult: ſed ob nichil aliud q̄ꝫ vt exerceat amicitiā ne tā magna virtꝰ iaceat. Aug. Uera amicitia nō penſanda eſt tēporalibus cōmodis: ſed gratuito amore portanda. Ambro. Amicitia virtꝰ/ nō queſtꝰ ē. Tulliꝰ. Amicitiam non ſpem mercedis (qꝛ oīs fructus in ipſo amore eſt) expectādā putamꝰ. Si vtilitas ꝯglutinaret amicitiā: eadē cōtinuata diſſolueret. Boetius. Quem felicitas fecit amicū: infortuniū faciet inimicū. Item amauit nos xp̄s amore diſcreto. Amor diſcretus eſt q̄ perſonas amat ⁊ vicia perſequitur: nec ſic perſonis cōdeſcendit q̄ꝫ vicijs implicetur. Bern̄. Chriſtus in carnis aſſumptione condeſcendit michi: in culpe vitatiōe ꝯſuluit ſibi. Roma. 13. Dilectio proximi/ malū nō operatur. Tulliꝰ. Nulla eſt excuſatio/ ſi amicitie cauſa peccaueris. Nam cū conſiliatrix amicitie virtutis opinio fuerit/ difficile eſt amicitiā manere ſi virtute defeceris. Charitas a parte āteriori hoīes ligat. Facit eni hoīes concordes in bono. Amicitia vero mundi a poſteriori hoīes colligit ſicut colligate fuerūt vulpecule ſampſonis. Iudic. 15. Ipſa enī facit cōcordes in malo. ¶ Itē xp̄s amauit nos amore magno. Iohan. 15. Maiorē hac dilectionē nemo habet: vt aīam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Sic amandus eſt proximus. 1. Iohā. 3. In hoc cognoſcimus charitatē dei: qm̄ ille animam ſuam poſuit pro nobis/ ⁊ nos debemus pro fratribus animas ponere. Amor magnus eſt amor magna operans: ⁊ ad inimicum ſe extendens. Gregorius. Probatio dilectionis eſt exhibitio operis. 1. Joh. 3. Filioli non diligamus verbo neq̄ꝫ lingua: ſed opere et veritate. Item amauit nos Chriſtus amore perſeueranti. Joh. 13. Cū dilexiſſet ſuos q̄ erant in mundo in fidem dilexit eos.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sic amandus eſt proximus. Sed ſunt qui eum feli cem amant: ceſſante vero felicitate ab eo recedunt qui ſcdm veritatem nunquam eum amauerunt. Gregorius. Cum quis poſitus in proſperitate diligitur: incertum valde eſt vtrum proſperitas an perſona diligatur. Amiſſio felicitatis vim interrogat amoris. Qui ex aduerſitate proximum deſpicit aperte conuincitur quod hunc in proſperis non amauit. Seneca. Multi illum comitantur: mel muſce ſequuntur/ cadauera lupi/ frumenta formice/ predam ſequitur illa turba non hominem. Eccl. 6. Non agnoſcetur in bonis amicus. In eodem. Eſt amicus ſcdm tempus ſuum: et non permanebit in tempore tribulationis. Item Eſt amicus ſocius menſe: et non permanebit tempore neceſſitatis. In eodem. Eſt amicus qui conuertitur ad inimicitiam.

Circa ſecundum exemplar notandum quod hoc mandatum. Diliges proximum tuum ſicut teipſum dupliciter pot intelligi. Uno modo ſic. i. ad quod teipſum: ſcz ad gratiam in preſenti et ad gloriam in futuro. Uel ſic vt ſit ſenſus. hoc facias proximo: quod tibi vis fieri quod autem non vis tibi fieri ei non facias: vt duo precepta iuris naturalis prius poſita huius mandati ſint expoſitiua. Et notandum quod cum preceptum ſit vt proximum ſicut nos diligamus qui ſe non diligit: proximum diligere neſcit. Aug. de verbis dni. Uide ſi iam noſti diligere teipſum et committo tibi proximum: quem diligas ſicut teipſum. Si autem non noſti diligere te: timeo ne deſpicias proximum ſicut te. Idem in libro de diſciplina chriſtiana. Si te interrogem vtrum diligas te: reſpondebis quia diligis. Quis enim ſe odit? Ergo non diligis iniquitatem. Nam ſi diligis iniquitatem odis te: non ego dico Pſalmiſtam audi. Qui diligit iniquitatem odit animam ſuam. Idem in eodem. Qui diligis iniquitatem quomodo volebas tibi committi proximum: vt diligeres eum tanquam te/ homo qui perdis te? Si enim tuipſe ſic te diligis vt perdas te: ſic profecto perditurus es eum quem diligis ſicut te. Nolo ergo quenquam diligas: tu ſolus peri/ aut corrige dilectionem/ aut reſpue ſocietatem.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Itē notandū q̄ non dr̄ diliges ꝓximū tuū pluſq̄ teipſum. Uidetur pluſq̄ ſeipſum ꝓximū velle diligere/ qui curationi proprie non ſufficiēs curam proximi ſui cupit aſſumere. Bern̄. ſup. cāti. Tu frater cui firma ſalus propria ſalus nōdū es: cui charitas adhuc aut nulla eſt aut a deo tenera atq̄ arundinea / q̄ten⁹ omni flatui cedat/ omni credat ſpiritui/ omni circunferatur vēto doctrine/ immo cui tanta eſt charitas vt vltra mandatum quidē diligas proximum pluſq̄ teipm̄: ⁊ rurſuȝ tantilla vt cōtra mādatum fauore liq̄ſcat/ pauore deficiat / ꝑturbetur triſtitia / auaricia contrahatur/ protrahatur ambitione / ſuſpitionibus inquietetur / conuicijs exagitet̄/curis euiſceret̄/ honorib⁹ tumeat/liuore tabeſcat/ tu inq̄ta in ꝓprijs te ſentiens: qua nunc demētia q̄ſo aliena curare aut ambis aut acquieſcis? Audi quid ↄſulat cauta/ vigilq̄ charitas. Nō alijs inq̄t ſit remiſſio vobis aut tribulatio: ſȝ ex qualitate noli nimiū eſſe iuſt⁹ /ſufficit vt diligas ꝓximū ſicut teipſum.
¶ Itē notandū q̄ q̄ ꝓximū debito modo diligit deum plus diligit: propter quē diligit ꝓximū. vn̄ patet quomodo id ſit verū. Qui diligit ꝓximū legē ipleuit. Ro. 13. Et illud ad Gal. 5. Omnis lex i vno ſermone iplet̄: diliges ꝓximū tuū ſicut teipſum. Implens enī mandatū de dilectione dei/ implet mādatū de dilectione ꝓximi. Auguſtin⁹. Inter quos amicos nō eſt diuinarū rerum conſenſio/ nec humanarum plena eſſe poteſt. Neceſſarie eſt vt aliter q̄ oportet humana exiſtimet/ qui diuina contemnit: nec hominem recte diligere nouit/ quiſquis eum non diligit qui hominem fecit. ¶ Circa tertium exemplar: notandum q̄ ſepteȝ ſunt in quibus amor qui eſt reſpectu proximi imitari debet amorem membrorum eiuſdem corporis. ¶ Primum eſt q̄ vnū membrum non inuidet alij membro: licet nō habeat officium: quod illō hȝ. Si oīa mēbra vnicū hēret officiū eſſent q̄ſi vnū mēbrū. i. ad cor. 12. Si totū corp⁹ oclus vbi auditus: vbi odorat⁹ ⁊c. Si eſſent oīa mēbra vnuȝ



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

membrū: vbi corpus. Et ad Ro. 12. Oīa aūt mēbra nō eūdē actū habēt. Sic nō debet aliquis inuidere proximo ſuo habēti gratiā quā ipē nō habet. Multū timenda eſt inuidia: tanq̄ viciū dyabolicū. Aug⁹. in libro de virginitate. Duobus malis hoc eſt ſuperbia ꝛ inuidia dyabolus eſt. Itē ī. libro de diſciplina xp̄iana. Auertat deus peſtē inuidie ab animis hoim oīm. Inuidētia viciū dyabolicū eſt ſed habet matrē ſuam. ſ. ſuperbiā: ſuffoca matrē/ ꝛ nō erit filia. ¶ Scōm eſt q̄ vnū mēbrū officiū ſuū ſibi auare nō appropriat: immo gratis alijs cōicat. Oculus / eſt oculus oībus membris. Idē intellige de ceteris mēbris. Sic dꝫ eſſe inter fideles. Ro. 12. Multi vnū corpus ſumus in xp̄o: ſinguli autē alterius mēbra. In eodē. Neceſſitatibus ſctōꝝ cōicātes. Cibū quem vnū membrū recipit ceteris mēbris cōicat. Si vero aliquod membrū amplius q̄ debito ſibi retinuerit de illo ad malum ſuū illū retinet. Eſt enim materia apoſtematis vel alterius infirmitatis. Sic etiā iter fideles. Eccl̄. 5. Eſt ꝛ alia infirmitas quam vidi ſub ſole diuitie cōſeruate in malū dñi ſui. ¶ Tertiū ē q̄ vnū membrū ab alio ſe nō vindicat. Sic debet eſſe inter mēbra eccleſie. Ro. 12. Nulli malū pro malo reddentes. ¶ Quartū eſt q̄ vnū mēbrū cōpatitur alteri ꝛ cōgaudet. 1. ad Cor. 12. Si patitur vnū mēbrū ꝯpatiūtur oīa mēbra: ſiue gloriatur vnū mēbrū cōgaudēt cetera mēbra. Sic fideles debent gaudere cū gaudētibus ꝛ flere cū flentibus. ¶ Quintū eſt q̄ vnum membrū reputat ſibi fieri quod fit alij ſiue bonū ſiue malum. Si ledatur pes os conqueritur: ſi lauentur pedes os regratiatur. Luce. 7. Intraui in domū tuā: aquam pedibus meis nō dediſti. Hec autē lachrymis rigauit pedes meos. Sic vnus fideliū reputare debet ſibi fieri quod fit alij. Vn̄ caput eccleſie dicit. Quod vni ex minimis meis feciſtis michi feciſtis. Math. 25. ¶ Sextum eſt q̄ vnū membrum pro alio leſioni ſe exponit vt manus pro oculo. Sic debent facere fideles exemplo capitis qui ſcapulis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſuis obūbrauit nobis in cruce ictum recipient quem genus humanum debebat recipe. ¶ Septimū eſt ꝙ vnū mēbrū multū timet ſepari ab alijs mēbris. Sic fideles timere dūt ſepari a corpore eccl'ie. Aug. Nichil ſic dꝫ formidare xp̄ianus ꝗ̄ ſeparari a corpore chriſti. ¶ Quinqꝫ vero ſunt que ad hoc valent.

¶ De his que valere poſſunt ad hoc vt frater ametur. Cap. 13.

S Equitur de his que valere poſſunt ad hoc vt aliquis a proximo ametur. ¶ Primum eſt diſcretio. Unde ſapiētia dicitur eſſe mater pulchre dilectionis. Eccl'. 24. Fatuitas neſcit acq̄rere vel conſeruare amicitiā. Eiuſdē. 20. Fatuo nō erit amicus. Scōm eſt modeſtia in ſermone. Eccl'. 22. Sapiēs in verbis amicabilē ſe facit: grē aūt fatuoꝝ effundent. ¶ Tertiū ē ſīlitudo. Eccl'. 27. Uolatilia ad ſibi ſimilia cōueniunt. Ambro. Eſt inſitū hoīs vt vnuſqſqꝫ ꝟtutes ſuas ī alijs amet. E cōtrario diſſimilitudo facit ad odiū. Oderunt enī hylarē triſtes: triſteſqꝫ iocoſi. ¶ Quartū eſt virtus. Tullius. Nichil eſt virtute amabiliꝰ vl' qd magis alliciat ad amandū: quippe cū propter virtutē ꝛ probitatē etiā eos q̄s nūqꝫ vidimꝰ quodāmō diligimꝰ. Idē. Tāta eſt virtus probitatis vt eā vel in eis quos nūqꝫ vidimus vel qd maius eſt in hoſte diligamꝰ. ¶ Special'r valet ad hoc virtus māſuetudinis. Eccl'. 3. Filij ī māſuetudine opa tua pfice: ꝛ ſuper gloriā hoīm diligeris. Māſuetudo ē ad modū adamātis vīꝫ hn̄s attractiuā. Ezech. 3. Ut adamātē ꝛ ſilicē dedi faciē tuā. Itē ſpecialiter valet ad hoc ꝟtus humilitatis. Sicut odibilis eſt deo ꝛ hoībus ſuperbia ſic amabilis eſt deo ꝛ hoībus humilitas. ¶ Superbia dum ſe exaltat alios deprimit ideo nō eſt mirum ſi ab alijs odiatur. Humilitas vero dum ſe demittit alios exaltat ꝛ honorat: ideo merito ab eis amatur. Maxime inter oīa valet ad hoc ꝙ aliq̄s ametur ſi ipſe primo amauerit. Aug. Nulla eſt maior ad amorem inuitatio: ꝗ̄ preuenire amando. Idem.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nimis durus eſt animus qui dilectionem nolebat im=
pendere/nolit et rependere. Senec. in ep̄lis. Queris
quomodo amicum facturus es cito? Ego tibi mōſtra=
bo amatorium ſine medicamento/ ſiue herba/ ſiue vl=
lius venefice carmine. Si vis amari ama. ¶ Quintuꝫ
eſt obſequiū vel bn̄ficiū. Sapiēs. Hoc tp̄e obſequium
amicos veritas odium parit. Ignis amoris beneficio=
rum lignis nutriendus eſt: alioquin deficit. Beneficia
etiam feras ad amorē incitant/ ꝛ inimicos efficiunt a=
micos. Ro. 12. Si eſurierit inimicus tuus ciba illū: ſi ſi
tit potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis cō
geres ſuper caput eius/ cor eius accendens ad te amā
dum. Et notandum ꝙ beneficium non parit amicitiā/
niſi diſcrete detur. Vñ dicit̄ de fatuo. Eccl̄. 20. ꝙ non ē
gr̄a bonis illius. Qui enim edunt panem illius falſe li
gue ſunt. Quoties et quanti irridebunt eum. Sene.
Nullum habet maius malum homo occupatꝰ ꝛ bonis
ſuis obſeſſus ꝙ̄ quos amicos ſibi putat quibus ipſe nō
eſt ꝙ beneficia ſua efficacia indicat ad cōſiliandū ami=
cos/ cum quidam quo plus debent amare plus odiūt.
Quid ergo? Beneficia non parant amicitias. Parāt:
ſi accepturos licuit eligere / ſi collata ſparſa non ſunt.
Idem. Hoc conſilio ſapientum vtere vt magis exiſti=
mes pertinere ad rem ꝙ̄ quiſquis acceperit. Tullius
Melius apud bonos ꝙ̄ apud fortunatos beneficiū col=
latū ē. Et notādū ꝙ bn̄ficia vel obſeq̄a a fratribus ſibi
īuicē humiliter exhibita ad dilectionē ꝓuocandā ꝛ cō
ſeruandā multum ſunt efficacia: ideo ſancti multū vo
luerunt etiam ab aliȷs fidelibus obſequia cum diligen
tia exhiberi. De hac diligētia habemꝰ exēplū in Abra
hā. Gen̄. 18. Qui tres viros hoſpicio ſuſcepat / de quo
ait. Hiero. Nō ſeruis precepit vt hoībus miniſtrarēt/
nec bonum quod exercebat per alium miniſtrauit/ ſed
quaſi preda reperta cū Sarra hūanitati ſolus īcubuit:
ipſe pedes lauit/ ipſe humeris ſuis vitulum de armēto
portabat/ ipſe vt ſeruꝰ ſtetit/ peregrinis prandentibus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

etiã manibus proprijs coctos cibos ieiunaturus apposuit. Aliud exẽplũ habem⁹ in Paulo. Ro. 15. Obsecro iquit vos fratres per dñm noſtrũ Jheſum Chriſtũ ⁊ per charitatẽ ſpũſſancti vt adiuuetis in orationibus veſtris pro me ad dñm ⁊c. vt ⁊ obſequij mei oblatio accepta fiat in Hieroſolyma ſanctis ſuper oĩa exẽpla eſt exemplũ Chriſti qui pedes diſcipulorum ſuorum lauare voluit. Joh. 13. Circa quod exẽplũ ſex nobis attẽdẽda ſunt ad edificationẽ noſtrã: ſcʒ ſtatus eius qui pedes lauit/ tempus quo obſequium exhibuit/ locus vnde ad illude exhibẽdũ ſurrexit/ miniſtrantis ſublimitas/ miniſtri hũilitas/ diligẽtia quã circa illud miniſteriũ exhibuit. ¶ De pmo dicit Aug⁹. Hoc ad maximũ culmen hũilitatis acceſſit: ꝙ etiã illi pedes nõ deſignatus eſt lauare/ cuius manus preuidebat in ſcelere. ¶ Circa ſecundm notandũ ꝙ dñs diſtulit dare hoc documentũ vſqꝫ in finem vite ſue/ vt melius memorie figeretur. Criſoſt. querit ppter quid antea nõ fecit / ⁊ reſpõdet. Que maiora ſunt vltimo adicit. ¶ Circa tertiũ notãdum ꝙ dñs ſurrexit a cena iã inchoata/ nondum cõſumata. Aug. Nõ ita debemus ĩtelligere cenã factã: velut eã ꝯſumatã atqꝫ trãſactã. Adhuc enĩ cenabatur cum dñs ſurrexit/ ⁊ lauit pedes diſcipulis ſuis. Naʒ poſtea recubuit: ⁊ bucellã ſuo traditori poſtea dedit. Cena ergo facta hoc eſt iam parata: ⁊ ad cõuiuantiũ menſã vſqꝫ perducta. Mira dignatio ꝙ tantus a tali ſtatu ad tale opus ſurrexit. ¶ Circa quartũ notandum ꝙ euãgeliſta ſublimitatẽ miniſtrãtis curauit nobis oñdere: vt eius hũilitas nobis gratior eſſet. Unde ait. Sciens ꝗ pater oĩa dedit ei in manus Aug. Ergo ⁊ ipſuʒ traditorẽ. Jdẽ. Jaʒ traditor traditus erat ei/ quẽ tradere cupiebat. Sequitur. Et ꝗ adeo exiuit gñatione eterna ĩ q̃ fili⁹ dei oñditur Aug. Tãta ẽ hũane hũilitatis vtilitas/ vt eã ſuo ꝯmẽdaret exẽplo ẽt diuina ſublimitas. Ber. vis hũilitatis neſcio q̃ pacto maior ĩ maioribus ⁊ clarior ĩ clarioribus ꝓbatur. ¶ Circa. 5. attẽde ꝙ mẽbra

infima in corpore humano ſunt pedes: et viles ſordes ei adherẽt. In hoc ergo ꝙ caput eccł'ie xp̃s pedes lauit oſtenſum eſt ꝙ maximus in eccleſia dei in neceſſitate debeat etiam obſequia humilia in minimis preſtare.

¶ Circa ſextũ attende ꝙ ad monaſteriũ peragẽdũ diligenter ſeparauit veſtimẽta: vt eſſet expeditior depoſuit lintheũ accepit ⁊ ſe p̃cinxit. Oĩa facere voluit/ aquã eñ in peluim miſit pedes lauit ⁊ exterſit. Criſo. Ipſe impleuit peluim ⁊ nõ aliũ implere iuſſit: ſed oĩa ipſe operabať: p hoc mõſtrãs qm̃ cũ oĩ humilitate oportet implere talia. Itẽ petro reſiſtẽti nõ ceſſit ĩmo cõminatione eũ ad cõſentiẽdũ induxit dicẽs. Si nõ lauero te: nõ habebis partẽ mecũ. Certamẽ habuerũt humilitas xp̃i ⁊ hũilitas petri: ſed hũilitas petri nõ ceſſit tãq̃ minor. Et qꝛ obediẽtia hũilitatẽ xp̃i iuuit/ ait petrus. Dñe tu michi lauas pedes? Criſo. Manib⁹ quib⁹ oculos cecos aperuiſti/ leproſos mundaſti/ mortuos ſuſcitaſti. Aug. Quis nõ expaueſcat ſibi lauare pedes a filio dei/ q̃uis magne audacie eẽt ꝯtradicere ſeruũ dño hoĩem deo tñ petrus hoc facere maluit q̃ pati vt xp̃s eos lauaret. Itẽ Aug. loquẽs de hoc exẽplo. Didicim⁹ fratres humilitatem ab excelſo: faciamus inuicem humiles quod humiliter fecit excelſus. Faciunt hoc ſibi inuicem fratres etiã hoc ipſo opere viſibili cum ſehoſpicio recipiunt/ et apud ſanctos vbi hec conſuetudo non eſt/ hoc quod manu non faciũt corde faciũt. Multo autẽ eſt melius et ſine controuerſia verius vt etiã manibus fiat/ nec dedignetur qđ fecit xp̃s facere xp̃ianus. Cum enim ad pedes fratris inclinatur corpus/ etiam in corde ipſo vel excitatur/ vel ſi iam erat confirmatur ipſius humilitatis affectus.

## ¶ De amore inimicorum. Cap. 14.

s Equitur de dilectiõe inimicoꝝ. Et notãdũ ꝙ q̃ eſt in congregatiõe ſpecial'r dꝫ conari vt inimicos amet: ⁊ ad amãdũ ſe ꝓuocet. Preceptũ eñ eſt ſaluatoris/ vt inimici diligantur. Math. 5. Diligite inimicos

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

veſtros benefacite his qui oderũt vos. Aug. In mãdatis dei nichil eſt mirabilius ꝙ ꝙ pcipimur diligere inimicos. Et quibuſdam videtur impoſſibile ꝙ eos diligant/quod ex defectu ſapientie accidit. Ad lumẽ enim ſapientie ſatis apparere põt inimicos eſſe diligẽdos/ nõ odiendos. ¶ Octo vero ſũt q̃ ſi diligenter attendãtur/ nõ tanta difficultas in dilectione inimicorũ eſſe credetur. Primũ eſt ſtat⁹ ipſius iimici qui tibi iiuriatus eſt: ꝛ nõ vult ſatiſfacere. Eſt enĩ ſpiritualiter mortu⁹. Ipſe enĩ q̃ſi inſan⁹ man⁹ ĩ ſe iecit: qñ tibi iiuriã ĩtulit. Sapiẽ 16. Nõ ꝑ maliciã occidit aĩam ſuã. Magna crudelitas eſt inſanire in fratrẽ mortuũ: cui cõpaſſio debet. Crudeliores fuerũt qui xp̃o mortuo nõ pepcerũt: ꝙ qui viuentẽ leſerũt. Dedec⁹ eſt velle ſe vĩdicare de mortuo. ¶ Scd̃m eſt vtilitas iniurie illate. Perſecutores nr̃i iuxta verbũ pſalmiſte circũdant nos ſicut apes: qꝛ ad modũ apũ moleſtãt nos tribulationibus: ſed in futuro fauũ et̃ne btitudinis nobis p̃parant. Eccl̃. 1. vſq; ĩ tẽp⁹ ſuſtinebit patiens/et poſt ea erit redditio iocunditatis. ¶ Tertiũ eſt ꝙ dilectio inimicorũ nobis eſt vtilior ꝙ amicorum. Ipſa multum valet ad ſpiritualium vulnerũ ſanationẽ. Aug⁹. Ego ad dilectionẽ inimicoruz vos moneo/quia ad ſananda pctõrum vulnera nullũ medicamentũ vtilius eſſe cognoſco. Ipſa etiã facit multũ ad ꝑfectionẽ/ et culmẽ bonitatis. Math. 5. poſt illud. Diligite inimicos veſtros/ ſubditur. Eſtote perfecti. ꝛc. Aug⁹. Manifeſtiſſime bonitatis eſt vt tuũ quoq; iimicũ diligas: et ei qui tibi malũ vult ꝛ ſi põt facit tu ſẽper bonũ velis atq; facias cũ poſſis. Itẽ magnã mercedez meret. Luce. 6. Si diligitis eos qui vos diligũt q̃ vobis gratia. Diligite iimicos vr̃os ꝛc. ꝛ erit merces vr̃a magna. ¶ Quartũ eſt ꝙ d̃o gratior ẽ. Aug⁹. Qui dilexerit iimicos/ hic erit dei amic⁹. Nec ſolũ amic⁹/ ſed etiã fili⁹. Vñ poſt illud Math. 5. ꝛ Luce. 6. Diligite iimicos vr̃os ſubdit. Et eritis filij altiſſimi. Itẽ. Aug⁹. Quãta gratia: per nos ſerui digni non ſumus/et inimicorũ di=
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lectione filij dei efficimur. Criſoſt. ſup Math. Nichil eſt q̄ ſic deo ſilem efficiat: vt malignis atq̄ ledētibus eſſe placabilē. ¶ Quintū eſt q̄ hec dilectio dyabolo eſt moleſtior. Magis enī elōgat ab eius ſimilitudine: qui odio obſtinato hoiem pſequitur. Grego. Stultuʒ eſt ſeruire dyabolo offenſo: qui nullo placatur obſequio. ¶ Sextum eſt q̄ dilectio id qđ audiendū eſt magis īimico deſtruit: q̄ȝ aliud. Ipſa eſt inimico ignis inimicitias annihilans. ad Roma. 13. Si eſurierit inimicus: ciba illum. ꝛc. Hoc enī faciens/ carbones ꝯgeres ſuper caput eiꝰ. Ipſa eſt gladiꝰ interficiens inimicū/ incētum inimicꝰ. Chriſoſtomus. Suſtine ad tēpus inimicū tuū et bñfac ei: poſt modū victū beniuolentia tua amabis eū quaſi amicū tuuʒ. Idē. Ois inimicitia beneficiorum aſſiduitate ꝯpeſcitur. Grego. Miles dei aduerſitatis bello depreſſus et patientie ſcutū debet anteferre ne pereat et ad preliandū prōptus amoris inferre iacula vt vincat. Cuius armature ſūmā paulus breuiter inſinuat dicēs. Charitas patiens eſt/ benigna eſt. Cuʒ vero ex vtroq̄ vnū defuerit: charitas nō eſt. Si videt malos abſq̄ benignitate tolerās nō amat. Et rurſus ſi ſe ſine patiētia exhibens negligit tolerare quos amat. ¶ Septimum eſt q̄ nō potes nocere ex ꝓpoſito ꝓximo tuo: quī tibi noceas. Augꝰ. Malicia ꝓcedit ex te: ꝛ quid vaſtat anteq̄ȝ te: Ergo quo profūdit ramū ledit. vbi radicē habet nō ledit: Nō eſt dedecus alieni ſi nō vult inquinare manꝰ ſuas ſe vindicādo/ vel ſi nō vult inquinare os ſuū cōuiciū ꝓ cōuicio reddēdo: imo honor eſt et ſignū nobilitatis animi. Prouer. 20. Honor eſt hoī qui ſe ſeparat a cōtentiōibus. ¶ Octauū eſt q̄ ille qui tibi iniuriaꝫ magis deo iniuriatur q̄ȝ tibi: qui hoc ei ꝓhibuit/ qui maius ius habet in te q̄ȝ tuipſe. Si ergo deus differt vīdicare iīuriam ſuā et nō eſt ei dedecus: non erit tibi dedecus imo honor/ ſi exēplo domini non vis vīdicare teipſum. Eccleſiaſtici. 25. Gloria magna ſequi dominū.

¶ Quarta pars. ¶ De honore quem fratres ſibi in=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

uicem debent exhibere. Cap.15.

6 Sequitur de honore quē debēt ſibi fratres exhi=
bere. Et primo quis honor iſte ſit oñdetur. ſcdo
exhibitio mutui honoris cōmendabitur: tertio oſtēdit
ꝙ in exhibitione diſcretio ſit habēda. quarto ꝙ fratris
inhonoratio multum ſit cauēda. ¶ Circa primū notā=
dum ꝙ nomē honoris qñqꝫ ſumitur pro dignitate vt ad
Hebre.5. Nec quiſqꝫ ſumit ſibi honorem: ſꝫ qui vocat
a deo tanqꝫ aarō. Aliqñ ſumitur pro timore reuerentie
que eſt affectio aīe qua aliquis altitudinē alteri⁹ reue=
retur et dicitur eſſe fuga vel reſilitio ab altitudine ali=
cuius rei in propriaꝫ paruitatē: ⁊ huic motui interiori
reſpondet exterius elongatio vel fuga qua humiles ꝑ=
fecte elongant ſe ab his qui ſunt in dignitate poſiti nō
audentes ſe appropinquare. ¶ Aliqñ vero honor dicit
illud qđ alicui pſone propter aliquā ꝑlationē exterius
exhibet: qđ aliqñ fit gratia ſuperioritatis ad oſtēſionem
ſubiectiōis et ad oſtēdēdū volūtatē paratā eſſe ad obe=
diēdū/ vt cū aliqs aſſurgit veniēti vel aſſiſtit ſedēti vel
inclinat trāſeūti vel cū incedēte ſequit vel corā eo ge=
nua flectit. ¶ Ad exhibendū hunc honorem monemur
Ro.13. Cui honorē/ honorē. Et.1.petri.2. Regē hono=
rificate. Aliqñ exhibet honor alicui ꝑpter prioritatē
temporis/ vt ſenibus. ſecundū illud Leuiter.19. Corā
cano capite conſurge/ et honora perſonaꝫ ſenis. Aliqñ
vero aliquis honorē exhibet alicui quia ab eo ſumpſit
originē ſcdm illud Exo.20. Honora patrē tuū et ma=
trem tuā. Aliquando vero ꝑpter excellētiā ī aliq grā/
et ſic exhibēd⁹ eſt oībus. Debemus enī credere ꝙ oēs
nos excedūt ī aliq grā.1.petri.2. Oēs honorate. Et ſup
illud ad Phil.2. In humilitate ſuperiores inuicē ſibi
arbitrātes dicit gloſa. Aug⁹. Nō hoc ita debem⁹ arbi=
trari vt nos exiſtimare fingam⁹ ſꝫ ꝟe exiſtimem⁹ poſſe
eē aliqd occultū in alio q̄ nobis ſupior ſit/ etiā ſi bonum
nrm quo illo videmus ſuperiores eſſe nō ſit occultum.

¶ Commendatio mutui honoris. Cap.16.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

e Xhibitionē honoris mutui iter fr̄es ꝯmēdabilē reddit. p̄mo ſcriptura ſacra: q̄ multū ad hoc hortat. Ro. 12. Honore īuicē p̄uenīētes. Glo. Aliter nō eſt fraternus amor niſi mutuis ſe p̄ueniat honoribꝰ ⁊ obſequijs. Eph. 5. Subiecti īuicē ī tiore Chriſti. Reddūt etiā eā ꝯmēdabilē exēpla iter q̄ p̄cipuū eſt exēplū dn̄i: q̄ hoīem voluit honorare. Honorauit eū creādo q2 ad imaginē ⁊ ſīlitudinē ſuā eum fecit. Geñ. 1. Honorauit eū ei ꝓuidēdo: q2 viſibilia mūdi ꝓpt eū fecit. In pſal. Glīa ⁊ honore coronaſti eū: ⁊ ꝯſtituiſti eū ſup opa manuū tuaꝝ. Oīa ſubieciſti ſub pedibus eius. Itē honorauit eū ī ꝯſeruatione angeloꝝ cuſtodiā ei deputādo: ſm illō pſal. Angelis ſuis mādauit de te / vt cuſtodiāt te in oībus vijs tuis. Honorauit etiā eū in incarnatiōe naturā hūanam cū diuina in pſona vna ſociādo. Honorauit etiā eū in paſſione: hoīs gloriā crucis ignominia acq̄rēdo. Vñ dicit Aug. de Chriſto ꝙ redemit vēditus: viuificauit occiſus / honorauit īiuriatus. Honoraturus eſt etiā eū in retributione qñ regnū celoꝝ ē ei daturꝰ. ſcd3 illō Math. 25. Venite bñdicti p̄ris mei poſſidete paratū vobis regnū. ⁊c. Non eſt deſpiciēdus ab homine / qui tantū honoratur a creatore.

¶ Q̄ in exhibitione honoris diſcretio ſit habenda. Cap. 17.

h Abenda eſt autē diſcretio in honoris exhibitione / vt nō habeat reſpectus ad bona cōtemptibilia ſc3 bona fortune / ſed ad bona nobiliora ſcilicet bona nature vel gratie. honorare aliquē propter bona fortune et bona honorabiliora ſc3 bona nature et gratie deſpicere / magne ſtultitie eſt. Seneca. Quemadmodū ſtultus eſt qui equum tentaturus non equu3 ſed ſtratū et frenos cōſpicit / ſic ſtultiſſimus eſt qui ex veſte aut ex conditione que mō veſtis nobis circūdata eſt hoiem exiſtimat. Scdm grego. in mora. Perſonam hoīs accipere / eſt hoīem q2 nō homo ſ3 ꝓpter aliqd qd circa ipſū eſt honorare. ¶ Diſcretionē q̄ in exhibitiōe honoris habēda eſt in parte oſtēdit Hugo de ſācto vi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ctore his verbis. Diſcretio perſonaꝝ quantū quidem pertinet ad dilectionē ſcđm meritum: quantū vero ad venerationē ſcđm etatē vel officiū habenda eſt. Meliores diligere ſuperiores honorare debemus: qꝛ par contumacia eſt ſiue in eo qui propter inferiorē gradū in homine virtutē deſpicit: ſiue in eo qui propter vitā inferiorē gradum ſuperiorē contemnit. Iſtis ergo honor illis amor īpendatur: ſic tñ vt honor iſtoꝝ ſit voluntarius ⁊ illoꝝ amor venerādus. Reuerētia enim ſine amore magis ſeruilis eſt: ⁊ amor ſine reuerentia puerilis iudicari debet. Cū tanta igitur hūilitate ⁊ reuerentia melioribus exhibendum ē beneficiū dilectiōis: vt illis quaſi ex neceſſitate videamur eē ſubiecti / ⁊ cū tanto affectu atqꝫ hylaritate ſuperioribus ſoluendum obſequiū ſubiectionis: vt ſolo potius dilectionis debito illis credamur aſtricti. Iſtis ſic reddamus ſua q̄ſi noſtrum impenderimus: illis ſic exhibeamus noſtra quaſi ſuū redderemus. Licet omnes homines ſint honorandi tanq̄ꝫ ad dei imaginem facti: amplius tamen honorandi ſunt boni tanq̄ꝫ dei filij ⁊ tanq̄ꝫ qui a ſpiritu ſancto inhabitantur. Auguſtinus. Honorate in vobis deum inuicem: cuius templa facti eſtis. Honorandi etiam ſunt pre ceteris prelati qui loco dei ſunt: ⁊ patres ſunt ſpirituales. Eccꝰ. 4. Dedecus filij: pater ſine honore. Eiuſdem. 2. Qui timet dominū honorat parentes. Exhibitio huius honoris valet ad ꝓlongationem vite ⁊ corporalis ⁊ ſpiritualis. Corporalis quātū ad parentes carnales: ſpūalis quātum ad ſpirituales. Exo. 20. Honora patrem tuū ⁊ matrem tuam: vt ſis longeuus ſuper terraꝫ. Eccꝰ. 3. Qui honorat patrem ſuū vita viuet longiore. Pater celeſtis vitā eorū conſeruat: qui patri a quo vite principiū habuerunt non ſunt igrati. Ualet etiā exhibitio huiꝰ honoris ad hoc vt exhibētes hūc honorē a ſuis filijs honorēt. Eccꝰ. 4. Qui honorat patrē ſuū iocūdabit in filijs. Honorandi ſunt pre ceteris ſacerdotes: maxime pabulum celeſte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

miniſtrãtes. Eccl. 7. Honorifica ſacerdotes. 1. Thim. 5. Qui bene p̄ſunt preſbyteri duplici honore digni habeãtur: maxime qui laborãt in ſciẽtia ⁊ doctrina.

¶ Qꝫ fratris inhonoratio multũ ſit cauẽda. Cap. 18.

m Ultum cauenda eſt inhonoratio fratris. Primo quia multum offenditur cum inhonoratur. Uñ ſaluator qui patiẽtiſſimus erat de hoc videtur conqueri. Johan. 8. dicens. Et vos inhonoraſtis me. Scđo quia in fratre inhonoratur deus ad cuius imaginẽ factus eſt: ⁊ cuius ĩhabitator eſt. Inhonorat̃ etiã angelus: ſi ad eius cuſtodiã deputatus eſt. Math. 18. Uidete ne ꝯtemnatis vnũ ex his puſillis. Angeli eniꝫ eoꝝ ſemper vident faciem patris mei qui in celis eſt.

¶ Secunda pars principalis.

OStenſum eſt gñaliter quõ fratres qui ſunt in religione debeãt ſe habere: nũc ſpecialiter oſtendendũ eſt quõ ſe debeat habere qui ceteris preeſt. Et tangentur duodecĩ que ad eum pertinent. Primum eſt vt habeat diſcretionem in fratrum receptione. Secundum eſt / vt habeat diligẽtiam in nouiciorum inſtructione. Tertium: vt ad profeſſionẽ leuiter non recipiat. Quartum | vt omnibus bonũ exẽpluꝫ p̄beat. Quintum: vt in maloꝝ correctione negligens nõ exiſtat. Sextum: vt preponendo vnũ aliĳ bonitatem non carnis nobilitatẽ attendat. Septimum: vt de conuẽtu magnam curam habeat. Octauũ: vt infirmis exhiberi neceſſaria faciat. Nonum: vt preponat ſpiritualia tẽporalibus. Decimũ: vt maiora bona minoribus preponat. Undecimũ: vt diſpenſationes leuiter non faciat. Duodecimũ: vt temperet vniuerſa.

Qꝫ prelatus debet habere diſcretionem in fratrum receptione. Cap. 19.

c Irca primũ notandũ ꝙ vult vineã bonã habere: palmites ex q̄bus plantãda ẽ cũ diſcretiõe debet eligere. Sic cũ diſcretiõe fr̃es recipiẽdi ſunt ĩ religiõe

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

exemplo dñi. Hiere. 2. Ego plantaui te vineã electam omne ſemẽ verum. Circa illũ qui recipit vult primo attẽdendũ eſt ſi magnã volũtatẽ ad religionẽ habeat. Illũ eni qui magnũ onus vult ſibi aſſumere portandũ toto tẽpore vite ſue oportet magnã voluntatẽ ad illud portandũ hre. vñ dicit in regła beati Benedicti de nouiter veniẽte ad ↄuerſionẽ vt non facilis ei ingreſſus tribuat: ⁊ vt dura ⁊ aſpera ei p̄dicent. Sic apparet an vehemẽs deſyderiũ ad qđ reqrit habeat: ⁊ dilatio deſyderiũ eius augmẽtat: q꞉ deſyderia dilatiõe creſcũt: iuxta verbũ bti Gregorij. Magnitudo bone volũtatis in eo q̇ vult recipi: ſignũ eſt ſpũs ſancti inhabitantis ⁊ i eo operãtis. In libro de vita ſolitaria. Nõ ſine grãdi ſcrupulo mẽtis a quacunq̧ profeſſione arcẽdus eſt: cui teſtis inhabitãtis ⁊ trahentis ſpiritus ſancti bona voluntas eſt. ¶ Secundo attendendũ eſt circa illum qui vult recipi ꝙ ipſe principaliter intendat / vtrum Chriſtum an aliud preter Chriſtum. Si aliud preter ipſum timẽdum eſt de ipſo. Math. 8. ait vnus ſcriba Chriſto. Magiſter ſequar te quocunq̧ ieris? Quo cognito ꝙ propter lucrum ſeculi eum ſequi vellet: dixit ei. Vulpes foucas habent / ⁊ volucres celi nidos / filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Non vult Chriſtus vt propter bona temporalia eum homines ſequantur: ſed illi in futuro eternas diuitias dabit: qui in preſenti paupertatis eius ſocius fuerit. Eccleſiaſtici viceſimoſecundo capitu. Fidem poſſide cum amico tuo in paupertate illius / vt in bonis illius leteris. Multum cauere debet qui tenet locum dei: ne introducat inimicum eius. Inimicus dei eſt qui eſt amicus mundi. Specialiter cauere debet ne homines ſupbos recipiat / q̇ neſciunt illi qui locũ dei tenet ſubeſſe / nec fratrũ volũt ſocij eſſe. Ex duobus gñibus hoĩꝫ domus religionis replẽda eſt / vel de ſimplicibus qui ſenſu ⁊ voluntate ad aſſequendã religioſam prudẽtiã feruentes apparuerint ⁊ habiles. vel de prudentibus:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quos religioſe ⁊ ſancte ſimplicitatis ꝯſtiterit eē emulatores. In libro de vita ſolitaria. Stulta ſuperbia vel ſuperba ſtultitia a tabernaculis iuſtoꝝ ſēper ꝓcul ſit. In eodē. Oīs ſupbia ſtulta q̄uis nō oīs ſtultitia ſupba. Stultitia enī ſine ſupbia nonnūq̄ ſimplicitas inuenitur q̄ ſi ignorat forſan eſt docibilis: ſi nequit doceri forſitan eſt tractabilis: ⁊ ꝓpria eſt ciuitas refugij ſimplicitati cohabitatio religionis niſi ſit talis q̄ nolit humiliari: vel tam bruta vt non poſſit regi vel tractari. Bona tamen volūtas ⁊ ſi multum ſit bruta nō eſt deſerenda: ſed ſalubri cōſilio ad laborioſam ⁊ actuoſam vitā trāſmittenda. Superba autē q̄uis prudens ſibi videatur dimittēda eſt ⁊ abigenda. Diſcretionē debet habere qui preeſt non qua ſimplices decipiat ſuauia religionis eis oſtēdendo ⁊ aſpera occultādo: ſed qua recipiendis ⁊ recipientibus caueat. Crudelitas magna eſſe videt̄: cū paruuli innocētes aſperitatem religionis nō intelligentes cruci religiōis affigūt̄. Ubi in ingreſſu nichil ſpūale intendētes nec intelligentes ea que in regula cōtinētur poſt ingreſſum inimici crucis Chriſti inueniūtur: vētri ſuo non dn̄o Iheſu Chriſto in monaſterio ſeruientes. ¶ Et notandū ꝙ multis de cauſis accidit ꝙ in religione recipiūtur qui ad religionem non ſunt idonei. Aliqn̄ accidit hoc ex cupiditate recipientiū. Sicut enī naute aliqn̄ egrotantes non ex toto mortuos in mari non timent ꝓicere vt bona eoꝝ poſſint habere: ſic aliqui nō timēt hoīes adhuc in mūdo viuentes ſudario inuoluere ⁊ in ſepulchro clauſtri ſepelire vt aliqd̄ temporale ꝯmodū poſſint acquirere. Sudariū eſt habitus religioſoꝝ: cū in eo ipſi ꝯſueuerunt ſepeliri. Mortui debent eſſe / mūdo q̄ in hoc ſudario inuoluūt̄. Nō debēt iam deſyderio attrahere bona hui⁹ mūdi: vel diuitias / delicias / ⁊ honores. Mortui etiā debēt eē ſibiipſis. Ro. 14. Nemo noſtrū ſibi viuit. Hāc mortē ſequit̄ btā vita. Ro. 6. Si mortui ſum⁹ cū Chriſto credimus: q2 ſil' etiā viuem⁹ cū illo. Aliqn̄ ac-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cidit hoc ex carnalitate recipiētiū: q̄ cū dei ordinatiōnē filios non hn̄ant dyaboli ꝓcuratione nepotulos ſibi aggregāt: quos i religiōe faciūt nō vt ſaluent̄/ſ vt di tent̄ ⁊ ꝑ eos fortiores efficiant̄ q̄ ſicut carnalit̄ ingredi unt̄/ſic poſt igreſſū carnalit̄ ꝯuerſāt̄. Joh.3. Qđ natū eſt ex carne caro eſt/⁊ qđ natū ē ex ſpū ſpūs eſt. Aliqñ hoc accidit ex parētū carnaliū iꝓbitate: q̄ filios ſuos i religione ponūt vt ab eis ſe expediāt: potius itendē tes eoꝝ corporalē ꝓuiſionem q̄ꝫ eorum ſalutem.

¶ De diligentia in nouiciorū inſtructione. Cap.10.

c Irca nouicios debet q̄ ꝯgregationi p̄eſt diligentiā magnā habere. Matrez ſe debet eis exhibere benignitatē oñdēdo vt eū nō refugiāt: ſed ad eū tāq̄ꝫ ad ſinū matris recurrāt. Si vero i negociis occupatus nō pōt itendere mitem debet eis aſſignare fratrē/ ſcꝫ aliquez diſcretū/ maturū/ benignū: q̄ eos cuſtodiat mūdicie coꝝ itendat/ cibo ſpūali eos freq̄nter paſcat/ ibecillitatē eorū ſuſtētet/ neceſſaria eis miſtret. Tāda eſt diligētia circa nouicios: tāq̄ꝫ circa ꝑuulos. ¶ Cuſtodiēdi ſūt a ꝑiculis/ igne/ aq̄/ fouea. Monēdi ſunt ad patiētiā ꝯtra mala pene: ne igne ire bona ſpūalia amittāt. Qui ipatiēs eſt ſuſtinebit dānū. ꝓuer.19. Monēdi ſunt ad tēꝑantiā: ne i aq̄ voluptatis ſe immergāt. Uult pharaō ꝑuulos i flumie ꝓici. Exo.1. Itē monēdi ſūt vt a fouea illa caueāt: qua totiēs lapſi ſūt. Eccl.14. Btūs vir qui nō eſt lap[...]bo ex ore ſuo. Mūdicie eorū debꝫ itendere. De modo ꝯfeſſionis diligēter ſunt iſtruendi. Ante ꝓfeſſionē ꝯfeſſiones eorū debēt recipi. Ad freq̄nter ꝯfitenduꝫ ſunt monendi: vt oī tempore ſint cādida eorū ſpiritualia veſtimenta. ¶ Circa nouicios p̄io ītendū eſt pctīs amouēdis: ne ſerat̄ ſuꝑ ſpinas. Hiere. 4. Nolite ſerere ſuꝑ ſpinas. Spine ſunt pctā q̄ pūgendo mentē cruciāt: creſcēdo cū ſegete bonorū operū cā ſuffocant: ⁊ incendio infernali materiā miniſtrāt. Primo facienda eſt amotio ſpinarū iſtarū: et ſi poſt ea iterum creſcant non eſt negligenda illarū extirpatio. Uni



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ca enĩ ſpina mortalis pctĩ/ ſegetẽ bonoꝝ operũ ꝑ vineã viri ſtulti deſtruit. Prouẽ.24. Per agrũ hoĩs pigri trã ſiui: ⁊ ecce totũ repleuerãt vrtice: ⁊ operuerãt ſupficiẽ eius ſpine. ¶ Nouicius ſpiritualis cibus frequenter eſt miniſtrandus quo ⁊ nutriantur ⁊ augeantur. Quod inſinuatur Johã. vltimo. Ubi ſaluator bis dixit petro Paſce agnos meos. ¶ Tria genera hoĩm nõ poſſunt eſſe diu ſine cibi ſumptione / quin grauentur .ſ. paruuli pueri/ cõualeſcẽtes a graui infirmitate/ ⁊ itinerantes. Quaſi paruuli pueri ſunt nouicii qui nondũ ꝑ annum vitã religioſam duxerũt/ quibus multũ cauẽdũ eſt ne cibi ſpiritualis defectũ patiãtur. De quo defectu multũ dolendũ eſſet ⁊ plãgẽdũ: iuxta illud Treno.4. Paruuli petierũt panẽ ⁊ nõ erat q̃ frangeret eis. Ipſi laborauerũt nõ vna graui ĩfirmitate ſolũ: ſed multis. Ideo neceſſe eſt frequente refici: vt vires reſumãt. Actu.9. Cũ accepiſſet cibũ cõfortatus eſt. Ipſi longã viã ⁊ grauem ſcʒ in celũ que valde ardua eſt aggreſſi ſunt: ideo reficiendi ſunt frequẽter ne in ea deficiãt. Mat.8. Si dimiſero eos ieiunos in domũ ſuam/ deficient in via. ¶ Nouicioꝝ tanq̃ paruuloꝝ imbecillitatẽ debet qui eos regit ſupportare: defectus eoꝝ patienter ſuſtinẽdo: in tentationibus eoꝝ eos conſolando: adiutorium diuine gratie orationibus ſuis eis impetrando. Rom̃. 15. Debemus nos firmiores imbecillitates infirmoꝝ ſuſtinere. et non nobis placere. Iſaie.40. Congregabit agnos: ⁊ in ſinu ſuo leuabit. Status nouiciorum ẽ tractabilior ſicut virga trabe eſt flexibilior/ ideo directioni eorum cura multa eſt adhibenda. Tempore nouiciatus in pſalmodia et officio diuino diligenter debent ſtudere/ et in regula ⁊ in ſtatutis ordinis ſecundũ que neceſſe habent viuere.

## ¶ Q̃ nouicii non ſunt leuiter ad profeſſionem recipiendi. Cap.21.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

n Nouicii non ſunt leuiter ad profeſſionē recipien di leuiter recipiunt cū de morib⁹ eoꝝ ante pro feſſionē experientia non habetur vel cum ea ad que in profeſſione ſe obligāt eis ante profeſſionē nō exponūt beatus Benedictus in regula ſua dicit vt nouicio poſt duorū menſiū circulū legatur regula per ordinē: ꝛ di catur ei. Ecce lex ſub qua militare vis: ſi potes ſerua re/ igredere. Et ſi adhuc ſteterit poſt ſex mēſiū relegā da eſt ei regula: vt ſciat ad quod ingreditur. Et ſi ad huc ſtat iterū poſt quatuor menſes legenda eſt ei. Pro hibuit dn̄s Leuit. 22. Ne animal cecū offerret ei. Cecū animal deo offertur/ qn̄ aliquid deo promittitur ꝛ quid deo promittitur ꝛ quid illud ſcit neſcitur. ¶ Q; aliqs leuiter ad profeſſionē recipitur qn̄qꝫ accidit ex ſuper bia recipientiū/ qui verecūdātur ꝙ aliquie q̇ ad eos in greditur ad ſeculū reuertat. Qui tali fatuitate labora re videntur: quo laborat qui verecundaretur de hoc ꝙ in meſſe ſua palea inueniretur. In his qui in religio ne ad probationē recipiuntur: ventus tentationis in dicat quis palea/ quis granū exiſtat. Ad impetū enim huius venti palea diſcedit/ granū vero locū ſuum nō dimittit. Superuacuū eſſet tēpus ꝓbatiōis/ ſi oēs pro bantur neceſſario approbarentur. Cū de multis a deo vocati pauci ſint electi/ nō eſt mirū ſi oēs qui probant ad profeſſionem non admittantur. ¶ Aliquando acci dit ꝙ aliquis ad profeſſionē leuiter recipitur ex in di ſcreta pietate recipientiū/ qui carnalibus hoībus a deo compatiuntur vt cum eis carnales efficiātur. Ipi ſunt infirmis a deo miſericordes ꝙ ſanis ſunt crudeles et infideles: inter quos ponūt homines peſtilentes qui eos corrūpunt. Prouer. 20. Multi hoīes miſericordes vocant: vnū autē fidelē q̇s iueniet? Oportet vt religio deſpumetur: ad hoc vt in ſua puritate ſeruetur. Ubi nulla eſt deſpumatio: ꝛ impuritas multa. Gloriantur aliqui de hoc ꝙ de ordine eoꝝ nullus apoſtatat: q̇bus



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dici poteſt ꝙ non eſt mirum ſi nullus apoſtādo egredi-
tur in quo apoſtaſia toleratur.

¶ Q̄ ꝓlat⁹ oīb⁹ exēplū bonū debet ꝑbere. Cap. 22.

M Ultū decet eū qui cōgregationi ꝑeſt vt exēplum bonū ei miniſtret: ⁊ ꝯgregationi hoc valde vtile eſt. Cōtrariū ꝟo ei qui ꝑeſt multū eſt verecūdū ⁊ ꝯgregationi valde noxiū. Dicit beatus Benedictus ī regula ſua de abbate: vt bona et ſancta factis ampli⁹ ꝗ̄ verbis oſtēdat. Grego. Sit rector actione ꝓcipu⁹: vite viā ſubditis viuendo denūciet. Idē. Prepoſitoꝝ bonitas ſubditorū ſalubris eſt regula. Ad titū. 2. In oīb⁹ exemplū teip̄ꝫ ꝑbe bonorū operū. Prelati eſt dicere ſubditis qđ dicit gedeon iudicū. 7. Quod me facere videritis hoc facite. Math. 3. dt caput ecclie ꝓcurſori. Sic decet nos implere oēm iuſtitiā. Supiores oēꝫ iuſtitiā debēt iplere: qui neceſſarie habēt oēm iuſtitiā docere Quaſi ꝯtra naturā ē ꝙ lingua ſit maior manu. Bern. ī libro de ꝯſyderatiōe. Mōſtruoſa res eſt gradus ſummus ⁊ anim⁹ infimus: ſedes prima et vita ima lingua magniloqua et manus ocioſa: ſermo multus ⁊ fructus null⁹. Qui alios ſuperat ſublimitate: excedere debet eos honeſtate. Grego. Non debet hoīm ducatū ſuſcipe qui neſcit hoīes bn̄ viuendo ꝑire. Bern. loquēs de ſaluatore inſtigante ꝓcurſorē vt eū baptizaret: ſic plane inqt. Sic decet vt vicat hūilitatē qui ſublimitate vincebat. Eccl. 3. Quanto maior es humilis te in oībus Utile valde eſt cōgregationi vt ꝓlatus poti⁹ q̄ agēda ſunt factis ꝗ̄ ꝟbis oſtēdat. Efficacior eñ eſt vox opis ꝗ̄ vox ſermonis. Et ſecūdū verbū ſapiētis. Lōgū iter per ꝓcepta: breue ⁊ efficax ꝑ exempla. Opus doctrinaꝫ debet ſiare: nō impedire. Grego. Loquendi autoritas perditur: cū vox ope non iuuat. Aug. Non obedienter auditur: qui ſeipſum non audit. Opus ꝟbū debet confirmare: nō cōfundere. Eccl. 29. Cōfirma ꝟbū. Hiero. Non confundant opa tua ſermonē tuū. Multū ꝯfortat fratres bonū exēplū prelati. Aug⁹. Magna cōſolatio

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mēbꝛis ex capite. Si viderit fratres ꝑlatū aſꝑitatē oꝛ-
dinis cū ipis viriliter ſuſtinētē multū ex hoc aiant. Si
vero viderint eū q̄ aſpa ſunt fugientē: multū exterent.
Strēnuitas ducis milites non modicū ꝯſolatur: ipo ve
ro fugiente ipſi in fugā vertūtur. Preterea cū ꝑlatus
oꝛdinis aſꝑitates cum alijs ſuſtinet ⁊ ipſe ītelligit que
ſunt pꝛoximi ex ſeipſo: et dū ſētit miſeriā adiſcit miam
et tēperat q̄ tempanda ſūt. Vñ de capite eccl'ie dicitur
ad hebꝛe. 2. ꝙ debuit aſſimilari per oīa fratrib⁹ vt mi-
ſericoꝛs fieret. Qui ꝑ expiētiā non nouit miſeris ꝯpati
neſcit ſcd̄m illud amos. 6. Bibentes vinū in fialis ⁊ op
timo vnguento delibuti nihil ꝯpatiebant ſuꝑ contri-
tione ioſeph. Valde verecundū ē pꝛelato bñ docenti ſi
male agit. Quaſi eñ āte ſe lucernā defert: qua īmūdi
ciā ſuā alijs oñdit. Pꝛouer. 6. Mandatū lucerna eſt ⁊
lex lux. P[illegible] vulnus poꝛtās in faciē alijs mederi pſumit
Gre. Qua pꝛeſūptione alijs mederi ꝑperat: qui vuln⁹
ī facie poꝛtat. Ipe de bello fugiēs alios ad ſtrēnue pu
gnandū inuitat. Ipſe literas ꝓpꝛie dāpnationis publi-
cat ſecundū illud Ro. 2. In quo aliū iudicas teip ꝯdē
pnas. Exemplū mali pꝛelati multū nocet ꝯgregationi
Qui eñ mali ſunt in ea ꝑ hoc in ſua malicia cōfirmāt
ſcd̄m illud ezechiel'. 14. Confoꝛtaſti man⁹ īpij: vt nō re
uertatur a via ſua mala vt viueret. Itē errare facit ſim
plices in religione vñ eſt maledictus ſcd̄m illud Deu-
trono. 26. Maledict⁹ qui errare facit cecum ī itinere
ſuo. Ipſe facit contra illud Leui. 19. Nō pones coꝛam
ceco offendiculū. Et poterit dicere dñs nō ſolū ill'd. Ad
uerſ⁹ filium mr̄is tue ponebas ſcandalum: ſ ꝫ etiā ꝙ ad
uerſus ꝓꝑum filium ponebas ſcādalū. ¶ Pꝛelat⁹ de-
bet eſſe et lux ⁊ ſol monaſterij. Si vero lux iſta obtene-
bꝛetur et ſol īfatuet / tenebꝛe ſunt in monaſterio: ita vt
que agenda ſunt nō videant / et deficit cōdimentū vt ea
non ſapiant que agunt. Pꝛelatus eſt ī monaſterio ſicut
ſol in mūdo ſcd̄ꝫ illud ad phil'. 2. Inter quos lucetis ſi-
cut luminaria in mūdo. Si vero iſte ſol cōuertat ī tene



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bras: luna ɔuertet̃ i ſanguinē. Cōgregatio eni peccati ſanguine maculatur. Joel. 2. Sol cōuertetur in tenebras ⁊ luna in ſanguinem: anteꝙ veniat dies domini. Apo. 6. Sol factus eſt niger ſicut ſaccus cilicinus: ⁊ luna tota facta eſt ſicut ſanguis: et ſtelle ceciderunt de celo. Stelle de celo cadunt quando fratres celeſtē cōuerſationem deſerunt. Math. 24. Sol obſcurabitur ⁊ luna non dabit lumē ſuū/ et ſtelle cadent de celo. Prelatus eſt ſicut lucerna ſuper cādelabrum. Si vero hec lucerna fuerit extincta: fumum reddit peſtiferū. Ber. Nunquid poteſt abſcondi veritas ſupra montem poſita: aut latere fumus lucerne extincte ſuper cādelabrū Prelatus tanꝙ paſtor debet gregem ſuum precedere ⁊ dirigere: ſicut dicit ſaluator de bono paſtore. Johā. 10. Cum emiſerit oues ſuas anteas vadit et oues eum ſequuntur. Cum vero per abrupta viciorum graditur neceſſe eſt vt in precipicium grex ſequatur. Filij facile patrem imitantur. Johel. 5. Quecunꝙ pater fecerit hoc ⁊ filius ſimiliter facit. Pereunte prelato timendū eſt alijs ne ⁊ ipſi ſimiliter pereant. Nume. 20. Factū eſt grande miraculū: vt chore pereūte filij eius nō perirēt.

¶ Qꝫ prelatus correctionem malorum non debet negligere. Cap. 23.

c Auendum eſt multum ei qui preeſt ne malorū correctionem non negligat. Unde dicit beatus Benedictus in regula ſua. Non diſſimulet abbas peccata delinquentium ſed mox vt ceperunt oriri radicitus ea vt preualet amputet. ¶ Et notādum ꝙ varijs de cauſis accidit ꝙ ille qui preeſt mala non corrigit. Quandoꝙ hoc accidit ex ipſius pigricia. Aliqui cum vocati ſunt a domino vt in ipſius vinea laborent ſic ſe habent ac ſi dixiſſet eis ſpiritus vt requieſcerent a laboribus ſuis. Prouerb. 24. Per agrum hominis pigri tranſiui ⁊ per vineam viri ſtulti ⁊ ecce totum replеuе-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rant vrtice/ ⁊ operuerant ſuperficiem eius ſpine ⁊ maceria lapidum deſtructa erat. Hic eſt ordo deficiendi in monaſterijs. Primo eſt quaſi murus cum cemento valde tenaci cuꝫ ſcꝫ ſuperiores ex charitate vtilit̄ precipiūt ⁊ inferiores ex amore humiliter obediūt. Huic muro aliqñ ſuccedit maceria q̄ ē murꝰ macillentus. ſ. ſine cemēto qñ ſuperiores cū auſteritate et potentia precipiunt/ ⁊ inferiores ex timore obediunt. Tandem maceria deſtruitur cum ab eo qui preeſt correctio delinquentium negligitur. ſicut legitur Eccľ. 10. In pigricijs humiliabitur contignatio. i. lignorū iunctura. ¶ Propriū ē eñi pigritie nō ſtati ſubuenire piculo/ ſꝫ expectat donec totum edificiū corruat. Sompnus pigricie valde reprehenſibilis eſt in eo qui preeſt. Ad qđ oſtēdēdū ſpecialr̄ ſaluator reprehēdit petrū de dormitione. Mat. 14. Simon dormis: Dormitio iſta ſibi et alijs eſt periculoſa. Eſt eñi ſicut vigil in vrbe obſeſſa. Cāti. 2. Inuenerūt me vigiles qui cuſtodiūt ciuitatē. Cū dormiētibus his qui habēt vigilare intrant hoſtes primo deſeuiunt in eos: deinde in alios. Ideo bñ dicit thimoteo qͥ prelatus erat. Tu vero vigila. i. ad Thim. 4. In pſal. Non dormitabit neqꝫ dormiet qui cuſtodit iſrael. ¶ Pigricia platorū multū nocuit monaſterijs: Math. 13. Cū dormirēt hoīes inimicꝰ ſuperſeminauit ziꝫania in medio tritici. ¶ Aliqñ qui preeſt non corrigit qꝛ ipſe reprehenſibiliter viuit. Berñ. Nemo fideliter reprehēdit/ in quo eſſe irreprehenſibilem non confidit. Siquidē humanitatis eſt oīm in quo ſibi quiſqꝫ indulget aliis nō vehemēter iraſci. Aliquando vero non corrigit/ quia per indiſcretam humilitatem corrigēdi auctoritatem amiſit. Contra quod dicit Augꝰ. in regula ſua loquens de prelatis. Quando neceſſitas diſcipline in moribus cohercēdis dicere vos dura verba cōpellit/ ſi etiā ipſi vos modum exceſſiſſe ſentitis nō a vobis exigitur vt a vobis ſubditis veniam poſtuletis ne apud eos quos oportet eſſe ſubiectos dū nimiū ſeruat

humilitas regendi frãgatur autoritas Titũ.2. Argue cum omni imperio. ¶ Aliquando etiam non corrigit q: in rebus temporalibus sollicitudinem ſuã et amorẽ poſuit: et de ſpũalibus non curans fratrum culpas nec agnoſcit nec punit. Et q: mala non puniunt ſine timore perpetrantur. Berñ. Impunitas eſt incurie ſoboles inſolentie mater / radix imprudentie transgreſſ.onum nutrix. Itẽ aliquando non corrigit timore ſcandali vel alicu9 tpalis incommodi non attendens ꝙ veritas nõ ſit dimittenda propter ſcandalum: et ꝙ plus debeat timere deum ꝙ̃ proximum. Math.15. cum dicerent xpo diſcipuli ei9. Scis q: phariſei audito hoc ṽbo ſcandalizati ſunt: ait. Omis plantatio quã non plantauit pater meus celeſtis eradicabitur. Sinite eos: ceci ſunt ⁊ duces cecorũ. Et de helya dicitur Eccľ.43. ꝙ nõ ptimuit principem / nec ſupauit eũ ṽbum aliquod. Itẽ aliqñ nõ corrigit q: remiſſio q̃ falſo benignitas creditur hoc impedit q̃ videt fuiſſe ĩ hely.1.Re.2. qui remiſſe arguebat filios ſuos dicens. Quare facitis res huiuſcemodi quas ego audio? Qui de cella cecidit retrorſum ⁊ fractis ceruicibus mortuus eſt.1.Re.4. Itẽ aliqñ nõ corrigit quia maliciam tmcreſcere permiſit: ꝙ iam ei non ſufficit preualere. Ideo benedicitur ĩ regula beati Benedicti vt peccata mox vt oriri ceperint radicitus amputentur. ṽ. Principijs obſta ſero medicina paratur. Cum mala per longas conualuere moras. Eccľ.11. A ſcintila vna augetur ignis. Paruuli infernales ſuffocãdi ſunt anteꝙ̃ creuerint. In pſal. Beatus qui tenebit ⁊ allidet puulos ſuos ad petrã. Pharao pcepit paruulos iudeorũ ſubmergi. Exo.1. Edocti ergo ab ipſo et nos paruulos pharaonis ĩfernalis occidamus: quia fas eſt ab hoſte doceri. Caput ſerpentis infernalis conterendũ eſt iuxta illud. Geñ.3. Ipſa oteret caput tuũ. Hiero. Lubricus eſt antiqu9 ſerpẽs: ⁊ niſi capite teneatur totus ſtatim illabitur. In morte pmogenitorũ filij iſrael de poteſtate pharaõis liberati ſunt. Exo.11. Si

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

igitur vis eſſe immunis a ſeruitute pharaonis infernalis primos conatus eius deſtrue.

¶ Q[uod] prelatus p[re]ponēdo vnū alteri non carnis nobilitatem debet attēdere: ſed bonitatem. Cap. 24.

q Ui cōgregationi preeſt nobilitatē animi nobilitati carnis preponere debet. Unde btūs Benedictus ī regula ſua. Non p[re]ponatur ingenu[us] ei qui conuertitur ex ſeruitio: niſi alia rationabilis cauſa exiſtat. Cuius cōtrariū multū nocuit aliquibus monaſterijs. Prelati enī q[uod] fratres illos p[re]ponere debebant qui ſapiā et vite merito precellebant illos p[re]poſuerūt qui generis nobilitatē habuerūt corpore nobiles: meliori vero parte ſui ignobiles/ illos vero cōtēpſerūt qui ex humili ad nobilitatē ſurrexerūt. Illis honorē dederūt/ qui de nobilitate in ignobilitatem ceciderunt. Ipſi propter gen[us] honorauerūt degenerantes/ et deſpexerūt genus proprīū nobilitatis. Ipſi pretulerunt ignauiā deficiētium p[ro]bitati p[ro]ficiētiū. Ipſi propter nobilitatē illos extulerunt qui ipſi nobilitati dedec[us] fecerūt: illos vero dep[re]ſerūt qui g[e]n[er]is ſui gloria fuerūt. Ipſi nobilitatē illā cōtempſerunt qui filios dei et x[rist]pi coheredes facit: illi vero nobilitati detulerunt que eſt etiā in his qui turpitudini viciorum: ſeruiunt. Malus enī tot dn̄orū ſeruus eſt quot vicio[rum]: vt dicit. Aug[ustinus]. Sapiēs. Is liber exiſtimā dus eſt: qui nulli turpitudini ſeruit. Prelati illos honorauerunt qui de aliena probitate tumebant; illi vero deſpexerunt qui propria virtute pollebant. Sapiens. Nemo in gloriam noſtram vixit: nec quod ante nos fuit: noſtrū eſt. Animus nobilem facit. Ipſi ſeruos dyaboli reputauerunt nobiles: filios vero dei ignobiles/ cū contrarium iudicet deus. 1. Regum. 2. Quicunq[ue] honorificauerit me glorificabo eum: qui autem contēnūt me erunt ignobiles. De ſeruis dyaboli dicitur. Eccleſiaſtes. 10. Vidi ſeruos in equis/ et principes ambulantes quaſi ſeruos ſuper terram. Bernardus. An nō ſeruus cui dominatur iniquitas? Et niſi tu forte indign[us]

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

iudices hominē tibi ꝙ vicium dominari. Ipſi illud qđ deus abominatur id eſt altitudinē terrenā dilexerunt et eā ſctitati ꝑtulerunt. Luce. 16. Quod altū eſt apud hoīes aboīatio eſt apud deū. Cū terrena altitudo deo ſit aboīnabilis qui monaſteria terrena altitudine deo credunt placere: abominationes Egyptiorum deo ſuo volunt immolare. Ruinā etiā monaſteriorū ſuorū videtur querere / cū ſcriptum ſit. Prouer. 17. Qui altā facit domū ſuā / qrit ruinā. Cū miniſter dei deū debeat imitari ſcđm illud Joh. 12. Qui mihi miniſtrat me ſequatur / deus vero ignobilia et contēptibilia mundi elegit vt non glorietur oīs caro. 2. ad cor. 1. nō debet ꝑlatus nobiles ceteris ꝑferre ſi ſint ſine ſapīa et ſāctitate. Si enī qui dicit ſe in chriſto manere debet ſicut ipſe ābulauit et ipſe ambulare. 1. Joā. 2. quanto magis neceſſe eſt vt prelatus ſicut chriſtus qui monaſterio locū chriſti tenet Nobilitas generis et potētia ſecularis inſtrumēta poſſunt eſſe boni et mali. Si autē ſapiētia et bonitas aſſint vtentur illis in bonum. ſi vero ſtultitia aſſit et malicia vtētur illis ī malum. Nō ſunt ergo nobilitas gn̄is et potentia ſecularis ſufficiens ratio quare vnus alteri preponatur in monaſterio. Dyabolus eſt magne poteſtatis ſcđm illud. Job. 4. Nō eſt poteſtas ſuper terrā que cōparetur ei. Creatione etiā eſt valde nobilis et etiam valde magne ſcientie: tamē hec noxia ſunt cū deficiat bonitas qua eis bene vtatur. ¶ Et notandū ꝙ bonorum tēporaliū defenſio videtur fuiſſe occaſio ꝙ in monaſterio nobiles aliꝭ ꝑferūtur. Decepti tñ in hoc fuerunt prelati. Plus enī nocent nobiles mali ⁊ fatui monaſteriorū bona fatue expēdēdo: ꝙ̄ proſint ea defendēdo. Plus etiā grauāt monaſteria carnales eorū amici: ꝙ̄ facerēt inimici. Amici eorū ſunt vt murilegi q̄ caſeos a murib⁹ defēdūt: tamē ſi facultatē habeant eos pl⁹ ꝙ̄ mures conſumūt. Nobilitas generis ē poſſeſſio parui valoris onerata magnis expēſis: ita vt ad ei⁹ expēſas nō ſufficiāt magni comitatus vel epiſcopatus: imo magnis debitis comites et epiſcopi obligātur vt quod

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nobilitas requirit īpleatur. ¶ Dñs ex humili ſtatu aſſumere voluit primos reges populi ſui: vt ipſi humiles eſſent. Saulē aſſumpſit poſt aſinas Dauid poſt oues. Non ſunt nobiles propter ſuam nobilitatē in monaſterijs ceteris preferendi et preponēdi. Nobilitas gn̄is ſi honorata fuerit et diſcretio / ⁊ bonitas defuerit hūilitatem et obediētiā a mōaſterio expellit et correctioni malorum ſe opponit: ſicut hodie multos prelatos experiētia docuit. Vñ et ſi nobiles aliquādo ſit vtiles bona tēporalia defendendo: tamen ſi fatui ſunt ⁊ mali / magis ſunt noxij bona ſpiritualia diſſipando.

Qꝫ p̄latus magnā curā dꝫ hr̄e de cōuentu. Cap. 25.

Qui cōgregationi p̄eſt multā curā de conuētu debet habere / valde reprehenſibilis eſt ſi cōuentus iuxta facultatem monaſterij non miniſtrentur cum cōuentus pondus diei et eſtus ſuſtineat Eccleſiaſtici. 24. Qui aufert in ſudore panē quaſi qui occidit proximū ſuum. Conuentus eſt vt iumentum cui dominus inſidet. Saluator enim manet in cōmunitate. Bernardus. Amator cōmunitatis et commendator: quomodo communitatem deſereret? Idem. Non amat veritas angulos: nec ei diuerſoria placent: in medio ſtat. Cōmunis vita communibus ſtudijs delectat. Inhumanū eſt vt iumento neceſſarium pabulum ſubſtrahatur cui onus īponitur: et flagellū virge adhibetur. Valde reprehēſibile eſt ꝙ filijs belial qui iugū fregerunt vincula ruperunt et dominum proiecerunt ſuperflua miniſtrentur: ſuſtinentibus vero dn̄m et ei obſequentibus neceſſaria ſubſtrahantur. non decet hoc regem glorie: nec fidelem ſeruum reputat qui familie eius cibum et alia neceſſaria non miniſtrat in tempore. Nō eſt ſecūdū legē dei ꝙ os boui triturāti infrenetur: qđ precipue cauendum eſt vbi vituli laſciuientes delicate nutriuntur. Non eſt eq̄partitio īter eos q̄ in vnū monaſteriū cōueniūt: qn̄ vn⁹ eſurit et alt̄ ebri⁹ eſt. De cōitate illa cui⁹ rectores fuerūt apl'i. legitur Actuū. 4. ꝙ null⁹ egēs erat inter illos

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

diuidebātq; ſingulis ꝓut cuiq; op⁹ erat. Per hoc ꝙ neceſſaria cōuētui nō ꝓuidenť multa mala ꝓueniūt. Prouenit inde murmur. Nec mirū cū aſina balaan ꝓpheta eā iniuſte cedēte conq̄ſta ſit. Nume. 22. Seqť etiā euagatio cōuēt⁹. Aliqñ eni ꝑ defectu q̄ ꝑ modico poſſ; ſuppleri refectoriū euacuať. ⁊ cū magnis expēſis ⁊ cū magno detrimēto religionis fratres ꝑ cameras diſꝑgunť/ datur eis occaſio vt proprietarij eſſe velint.

¶ Q̄ꝺ prelat⁹ debet īfirmis neceſſaria ꝓuidere. Cap. 26.

C Irca īfirmos maximā curā dz habere qui p̄eſt. Vñ beatus Benedict⁹ in regula ſua. Infirmoꝝ cura ante oīa et ſuper oīa adhibēda eſt/ cū inter miſerias preſentis exilij que ſunt fames/ ſitis/ frigus/ labor/ infirmitas excedat magnitudo vero miſerie debeat ad miſericordiam prouocare/ miſericordia circa infirmos debet eſſe. Item cum religio munda et īmaculata apud deum et patrem ſit viſitare pupillos et viduas ī tribulationib⁹ eorum et īmaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo/ ⁊ plus q̄ pupillus ſit qui nō ſolum patrē et matrē ſed etiā oēs amicos deſeruit. primo ad religionē pertinet vt de infirmis cura magna habeatur. Item cū frater omnē mundi ſocietatē propter monaſterij fraternitatem reliquerit/ magna inhumanitas eſt ſi monaſterium in tanta neceſſitate ei deſit. Frater enim in anguſtijs cōprobatur. Prouer. 18. Itē cū xp̄o derelictus ſit pauper quō ille qui in monaſterio vices chriſti gerit illi qui pro xp̄o ſe depauperauit ī tāta neceſſitate viſcera ſua claudere poterit? Itē cū hoīes ſeculares q̄ ſūt extra patriā in hoc fidē ſibi cuſtodiāt vt in īfirmitate ſibi ſubueniant/ quō qui de hoc mūdo exierunt in hoc ſibi fidē non ſeruabunt. Itē quō ſe eſſe xp̄i diſcipulū cōfidit/ qui mādatū de fratna dilectione auribus diſcipuloꝝ a chriſto maxime inculcatū nō cuſtodit/ cū nō diligat fratrē in neceſſitate ope et veritate? Prelat⁹ p̄re; fratrib⁹ ſe debet exhibere cōpatiēdo infirmis. Quis infirmatur ⁊ ego nō īfirmor? 2. ad coꝛ. 11. de bono p̄re legiť. Eccľ. 3.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Pro aīabus filiorꝝ suorꝝ colligabit vulnera sua. Uulnera enī pro ipſis excipiet: ⁊ ſuper oēꝫ vocē turbabūt viſcera eius. Prelatus non ſolū patrem ſed etiā matrē ſe debet exhibere frībus: qui patrē ⁊ matrē reliqrunt ⁊ ei adheſerūt. Unī beatus Frāciſcus in regula ſua. Si mater nutrit ⁊ diligit filiū ſuū carnalē: quāto magis debꝫ quis diligere ⁊ nutrire ſuū fratrē ſpūalē. Ex uerſo vero multi p̄lati ſe habēt ad frēs ſuos ſicut ſtructio ad filios ſuos. Job. 39. Durabit ad filios quaſi non ſint ſui. Hoc dicitur de ſtructione. Ad habendū curā de infirmis inuitamur exēplo filij dei qui humanū genus in infirmitate poſitum perſonaliter viſitare voluit ⁊ curare: ⁊ hoc cum magnis expēſis. Infirmis etiam corporaliter magnā humanitatē exhibuit. Eos enī virtute ſua curauit. Leproſum etiā cuius infirmitas ꝯtagioſa eſt non abhorruit: imo voluit eum tangere ⁊ curare Math. 8. Inter opera miſericordie videt̄ excellere illud qđ circa infirmus exercetur. In vitis patrum legitur ꝙ quidā frater interrogauit quēdam ſenē dicēs. Duo fratres ſunt quorꝝ vnus ieiunat ſex diebus multum laborans: alius vero ſeruit egrotantibus: cuius opus magis eſt gratuꝫ deo. Reſpōdit ſenex. Si frater qui ſex diebus ieiunat laborans appēdat ſe per nares non pōt eſſe equalis illi qui īfirmātibus ſeruit. ¶ Negligentia circa infirmos in multis monaſterijs vicium proprietatis introducit viciū nequiſſimū ſcđꝫ iudiciū beati Benedicti: ⁊ precipue a monaſterio radicit⁹ amputandū. Multi enim videntes ꝙ fratribus in ſuis infirmitatibus de cōmuni non ꝓuidet̄ nō intelligētes ꝙ maius eſſet periculum male viuendi ꝗ̄ cito moriendi propriū voluerūt habere: vt de proprio poſſent ſibi in ſuis infirmitatibus prouidere. Multis vero in īfirmitate proprium non profuit: īmo econtrario infirmitati occaſionem dedit vt cito incurreretur vel difficile ſanaretur: ſicut accidit cuidā hortolano de quo habetur in vitis patrum; qui omnia dabat in elemoſynas

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

que de labore ſuo acquirebat preter tenuem victum. Tandem ſuggeſtū eſt ei ſuggeſtione maligni ſpiritus vt colligeret aliquam pecuniā: quam cum ſeneſceret vel egrotaret poſſet expendere. Et fecit ſic. Contigit autem eū infirmari in pede: ⁊ expēdit quicquid hēbat in medicos ⁊ curari nō potuit. Et tandē vnus exptus medicus dicit eum nō poſſe ſanari ⁊ curari niſi per pedis abſciſionem. Et cum quadam die medicus eſſet allaturus inſtrumenta ſua ad pedē abſcindendū nocte precedēti hortolanus ille penituit de nūmis collectis: ⁊ ꝙ nō dederat eos pauperibus. Et ſtatim āgelus dn̄i aſtitit ei dicens. Ubi ſunt nūmi quos collegiſti: ⁊ vbi eſt pes quē tractaſti? Quem cū peniteret ⁊ miſericordiā peteret angelus dn̄i tetigit pedē eius ⁊ ſanatus ē. Mane vero medicus veniēs inuenit hortolanū ī agro ſanatum atꝗ operantem: ⁊ laudauit deum.

¶ Q; plat⁹ dꝫ ſpūalia tpalibus preponere. Cap. 27.

Qui preeſt in cōgregatione ſpūalia tpalibus dꝫ ꝑponere. Beatus Bn̄dictus in regula ſua. Non plus gerat abbas ſollicitudinē de rebus trāſitorijs ⁊ terrenis: ꝙ̄ de ſalute aīarū. Ualde rep̄henſibile eſt ꝙ prelatus aīas vilipēdat: qui eius vices gerit qui aīas ſpecialiter amat. Sapiētie. xi. Parcis oībus q: tua ſūt dn̄e qui amas aīas. Frequēter eſſent ei appendēde aie ex precio qđ ſaluator pro eis dedit: ne ſibi vileſcerent. Frequenter cogitandū eſſet ei ꝙ ſaluator aīam ſuā poſuit pro eis: ⁊ ſanguine ſuo eas acquiſiuit. Negligētia prelati circa ſpūalia cum diligentia circa tēporalia in aliquibus monaſterijs in quibus oīa honeſte ſcđm ordinē fieri deberent tantā inordinationē induxit: vt in eis terra ſit ſurſū ⁊ celū deorſum. Terrena ibi celeſtibus preponūtur. Pedes ſunt ibi ſupra caput. Uiri enī ſpirituales ibi deſpiciuntur: hoīes vero terrena ſapiētes ad regimen temporale vtiles in honore habentur. Pes ē ille qui ſollicitudīe ⁊ amore ⁊ miniſterio terram tangit: qui frequenter leditur ⁊ maculatur. Et

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

licet videatur eſſe neceſſarius quia ſuſtinet ꝛ portat corpus: tamen ſi ſcandalizat eſt amputandus / ſecundū illud Math. 9. Si pes tu⁹ ſcandalizat te amputa illū. Facies eſt retro: quia in operibus que videntur bona potius intendatur vtilitas terrena ꝙ̄ merces eterna. Interiora effuſa ſunt extra: cum bona eterna negligantur / ꝛ exteriora diligantur. Eccleſiaſtici decimo dicitur de auaro ꝙ in vita ſua proiecit intima ſua: deus ibi conculcatur ꝛ terra deificatur. Deficit enim ibi charitas ꝛ regnat auaricia vel cupiditas: que eſt idolorum ſeruitus. Epheſiorum quinto. Dyabolus ibi honorifice recipitur: ꝛ deus cōtumelioſe repellitur vel in ominioſe ſuſcipitur. Raptores enim vel vſurarij que ſunt membra dyaboli libenter ꝛ cum magno honore ibi recipiuntur ꝛ cum expenſis ibi procurantur / boni vero pauperes vel repulſum patiuntur: vel male procurantur in quibus deus vel recipitur vel repellitur. Mathei viceſimo quinto. Quandiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis: michi feciſtis.

¶ Signa quibus perpendi poteſt ꝙ prelatus ſalutem aīarum paruipēdeat ꝛ plus de rebus trāſitorijs ꝙ̄ de aīabus curā gerat: hec ſunt. Si in ꝓpria perſona terrenis negocijs intendit: ꝛ in ſpūalibus vicariū ponit. Si nō timet fratres ſuos periculo exponere: vt temporalia bona ſeruare valeat ꝛ augere. Vt cum fratres iuuenes ꝛ leues ponit in officijs exterioribus: vel paucos fratres in paruis prioratibus. ¶ Item ſi cum magnis expēſis muros erigit ꝛ mores negligit. Si quotidianas expenſas frequēter cōputat: aīarum vero detrimenta vel ꝓfectus ignorat. Si qn̄ fratres veniunt ad capitula de rerū tēporalium cōſeruatione vel multiplicatione eſt tractatus primus: de ordinis vero reformatiōe vltim⁹ vel nullus. Itē ſi ſollicite ꝓuidētur que neceſſaria ſunt corporibus: de his vero nō curant q̄ ſunt neceſſaria aīabus. Primū ſcꝫ ꝙ prelatus ꝙ̄tuꝫ ad ſpiritualia vicarium imponat. ꝛ relicto grege tem=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

poralibus itẽdat valde rephẽſibile eſt: ⁊ multũ longe a conſilio qđ dedit ietro Moyſi. Exo.18. Eſto inquit cum populo in his que ad deũ pertinẽt. Prelatus ad intendẽdũ tẽporalibus aliũ decet ſubſtituere: ipſi vero ordini ⁊ doctrine debent intendere. Ipſe debet eſſe quaſi medius iter deũ ⁊ populũ. Aliqñ debet loq̃ deo pro ſubditis ipſũ orãdo: aliqñ ſubditis pro deo ipſos inſtruẽdo. Q₃ aũt non ſit tutũ vicariũ ponere ⁊ gregẽ deſerere patet ex primo vicario ſinagoge. Moyſes eni aſcenſurus ad dñm ad regimẽ populi meliorẽ vicariũ poſuit quem inuenit: ⁊ tamẽ populus quẽ recedens fidelem reliquit elapſo modico tempore ipſo redeunte inuẽtus eſt infidelis. ¶ Scđ₃ ſcilicet pro reb⁹ tẽporalibus/ periculis fratres exponere perſonas minus ſecuras in exterioribus officijs ponendo vel per prioratus paruos eos diſpergendo multũ eſt reprehẽſibile. Cum eni boni paſtoris ſit animam ponere pro ouibus ſuis: lõge videtur eſſe a bonitate paſtoris pro temporalibus rebus eos exponendo lupis. Lupi infernalis eſt oues diſpergere ſcđm illud Johã. 10. Lupus rapit ⁊ diſpergit oues. Saluatoris vero ⁊ boni paſtoris eſt oues colligere. Unde Mathei.12. Qui non congregat mecum diſpergit. Et Johã.10. Alias oues habeo que non ſunt ex hoc ouili ⁊ illas oportet me adducere vt fiet vnũ ouile ⁊ vnus paſtor. Ezechiel.24. Uiſitabo oues meas ⁊ liberabo eas de omnibus locis in quibus diſperſe fuerant in die nubis ⁊ caliginis. Mãdato Pharaonis diſperſus eſt populus iſrael per vniuerſam terram Egypti ad colligendas paleas. Exo.5. Et procuratione Pharaonis infernalis viri religioſi de monaſterijs magnis per paruos prioratus videntur fuiſſe diſperſi/ vt temporalia bona acquirerent vel conſeruarent. Treñ.4. Diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite oĩm platearum. Cum ſaluator diſperſos iſrael ꝯgregare venerit. Iſa.11. Indiſcrete videnť feciſſe qui vices eius gerebant qñ ꝯgregatos di-
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſperſerūt. Itē cū dauid q̄ ſup̱ ſenes intellexit dixerit. Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocūdū habitare fr̄es i vnū. Temerarie egiſſe videtur eos q̄ elegerāt viuere i ꝯgregatiōe poſuerūt i diſperſiōe. Thome exiſtēti i ꝯgregatiōe apparuit dn̄s / ſep̱ato ꝓo ab ea nō apparuit. Joh. 20. Filij iacob ꝯgregati bn̄dictionē p̄ris receperūt. Gen̄. 49. Et ſup̱ diſciplos ꝯgregatos ſpūs ſctūs deſcēdit. Act. 2. In paruis prioratib⁹ religio anichilat̄: ibi vicio ꝓprietatis appropinquatur: meritū obedientie minuitur: cōtinētia facile p̄iclitat̄. Qui ſol⁹ ē i prioratu vel cū vno ſocio vt frequēt̄ fere ē ꝓprietari⁹ / q̄ hʒ ꝑ maiori p̄te hʒ ſibi. Obediētia ipſi⁹ min⁹ meret̄ cui null⁹ aliq̄d iubet / ⁊ ideo facit qđ facere libet. Cōtinētia etiā facile periclitat̄: q: oportunitas peccādi hr̄. Bern̄. cuidā moniali volēti deſerere ꝯgregationē. Audi me filia / audi fidele ꝯſiliū. Noli te ſeparare a grege neq̄n lup⁹ rapiat: ⁊ nō ſit q̄ eripiat. Exech. 24. Diſperſe ſunt oues mee ⁊c. et facte ſunt in deuorationem omnium beſtiarum agri.

¶ Q̄ꝫ p̄lat⁹ dʒ maiora bona minorib⁹ p̄ponē. Cap. 28.

q Ui ꝯgregatiōi p̄eſt maiora bona minorib⁹ dʒ p̄ponere. Cui⁹ ꝯtrariū aliquib⁹ monaſterijs mltū nocuit: vbi aqua fontis de lōge adducebat̄ / de aqua vero ſapie ſaluatoris nō curabat̄. Altaria auro ⁊ argēto ⁊ lapidib⁹ p̄cioſis operiebātur / corpora ſctoꝝ q̄ dū i hoc mūdo viuerēt aurū ⁊ argētū contēnebāt in vaſis aureis ⁊ argēteis reponebant̄ / parietes tā eccliaꝝ q̄ clauſtroꝝ depingebātur / monachi cappis ſericis in miſſis ⁊ ꝓceſſiōibus induebātur / cult⁹ vero ⁊ ornat⁹ iterior q̄ viros ſpūales maxime decet ⁊ deo maxime placet negligebat̄. Corpora ꝓcurabātur ſplēdide: ⁊ nō curabat̄ de aiarū refectiōe. Si amittebatur aſina querebatur / ſi peribat aia nō reputabatur. Hāc inordinationē reprehēdit Bern̄. his verbis. O vanitas vanitatū ſed nō vanior q̄ inſanior. Fulget ecclia in parietibus / ⁊ in pauperibus eget. Suos lapides auro induit / ⁊ ſuos filios nudos deſerit. De ſumptibus egenoꝝ ſeruitur: oculis



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

diuitũ. Inueniũt curioſi quo delectētur ⁊ nõ inueniũt miſeri vnde ſuſtētẽtur. Idẽ. In clauſtris corã legẽtib⁹ fratrib⁹ q̃d facit illa ridiculoſa mõſtruoſitas ĩiuria deformis formoſitas aut formoſa deformitas. Quid ibi immũde ſimie q̃d feri leones q̃d mõſtruoſi cẽtauri q̃d ſemi hoĩes q̃d maculoſe tigrides q̃d milites pugnãtes q̃d venatores tibicinãtes. Videas ſub vno capite multa corpora ⁊ rurſus ĩ vno corpe multa capita: tã multa deniqꝫ tãqꝫ mira diuerſarũ formaꝝ apparet vbiqꝫ varietas: vt magis libeat legere in marmorib⁹ q̃ꝫ in codicibus totãqꝫ diẽ occupare ſingula iſta mirãdo q̃ꝫ ĩ lege dei meditãdo. Prohdolor ſi nõ pudet ineptiarum cur nõ piget expẽſarũ. Idem. Oratorioꝝ immẽſe altitudines/ immoderate lõgitudines/ ſupuacue latitudines/ ſumptuoſe depolitiones/ curioſe depictiones dũ in ſe orantium retorquent aſpectum/ impediunt et affectũ.

¶ Q̃ plat⁹ nõ dꝫ diſpẽſatiões leuiter facere. Cap. 29.

m Ultum cauende ſunt leues diſpenſationes illi qui congregationi preeſt. Bernard. in libro de p̃cepto ⁊ diſpenſatiõe. Nouit fidelis ſeruus et prudẽs quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam ibi tãtum vſurpare diſpenſationem. vbi bonam poſſit habere recompẽſationem. In eodem. Remiſſio voti abſqꝫ neceſſitate non diſpenſatio ſed preuaricatio eſt. Idẽ in libro de conſyderatione. Nõ ſum tam rudis vt ignorem nos poſitos diſpenſatores in edificationem/ non in deſtructionẽ. Deniqꝫ queritur inter diſpenſatores vt fidelis quis inueniatur. Ubi neceſſitas vrget excuſabilis diſpenſatio/ vbi vtilitas prouocat diſpenſatio laudabilis eſt: vtilitas dico communis non propria. Nam cum nichil horum eſt non plane fidelis diſpenſatio/ ſed diſſipatio crudelis eſt. Ad diſpenſationem duo requiruntur ſcilicet autoritas et cauſa/ altero horum deficiente non eſt diſpenſatio. Chriſtus cruci ſue non adheſit leuiter/ ſed affixus fuit fortiter. Sic clauſtralis cruci religionis affixus debet eſſe fortiter nec faci

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

le ab ea recedere. Gal. 5. Qui chriſti ſunt carnem ſuã crucifixerunt. Bernardus. In cruce ſalus noſtra eſt/ tantum ei viriliter inheramus. Idem. Si penitentia noſtra crudeli miſeratione minuitur: paulatim gemmis corona noſtra priuatur.

¶ Q; prelatus debet vniuerſa temperare. Cap. 30.

Qui monaſterio preeſt vniuerſa temperare debet/ vnde Benedictus in regula. Abbas opera que iniungit diſcernat et temperet. Item abbas ſic omnia temperet/ vt ſcit quod fortes cupiant ⁊ infirmi non refugiant. Temperantia iſta experientiam requirit. Sicut enim vinum bene temperatur niſi preguſtatione virtus eius ſentiatur. Sic prelati qui in conuentu nunꝗ iacent vel comedunt vel diuinum officium audiunt onus qđ conuẽtus ſuſtinet tẽperare neſciũt: vnde nõ exhibẽt ſe patres vel p̄latos ſed potius exactores quales fuerunt exactores pharaonis qui a populo dei conſuetum numerum laterũ exigebant tñ paleas ⁊ qđ cõſuetum erat eis miniſtrare nolebant. Exo. 5. Sic tales prelati ⁊ vltra regulam fratres onerant ⁊ tamẽ eis neceſſaria non miniſtrant. Tales ſunt imitatores balaã non parcentes aſine: ſed eam cedentes vſꝗ ad querimoniam. Numeri. 22. Congregationem enim que vt iumentum apud eos facta eſt a deo ſtimulant/ vt eam murmurare compellant. Prelatus timere debet gregi ſuo exemplo Jacob Genes. 33. Si greges meos plus in ambulando fecero laborare morientur vna die cuncti greges. ¶ Et notandu; ꝙ ſicut prelatus tẽperare debet q̃ ſunt alioꝝ/ ſic ⁊ q̃ ipſius ſunt. Bona monaſterij ſunt pauperũ xp̄i: ideo cũ in eccl'ia tot pauperes egeãt non ſunt bona illa prodige expendenda. Unde dicit beatus Bñdictus in regula ſua de cellario monaſterij Q; nõ ſit prodigus aut extirpator ſubſtantie monaſterii: ſed omnia menſurate faciat. Prelatus non debet in faſtu huic ſeculo ſe conformare. Pauperem eni; ſe



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

debet reputare cũ in bonis monaſterij nõ habeat dñatione sed diſpensationem de qua diſtrictam rationez eũ reddere oportebit. Sapiẽs. Paup ubi cepit diuitẽ imitari perit. Monaſteria depauperãtur cum in faſtu principes imitantur quem faſtum. Bern. reprehendit his verbis. Quod vt cetera taceam ſpeculum humilitatis eſt cum tanta pompa comitatus incedere tantis hoĩm circuitorum ſtipari obſequijs quatenus duobus epiſcopis vni⁹ abbatis ſufficiat multitudo. Mẽtior ſi non vidi abbatem. 60. equos ⁊ amplius in ſuo ducere comitatu. Dicas ſi videas trãſeuntes non patres eſſe monaſteriorum ſed dños caſtrorũz nec rectores aĩarũ ſed principes prouinciarum. Illas expenſas debet p̃latus libenter facere que valent ad cõſeruationem religionis: ⁊ quibus vitatur occaſio diſſolutionis. Aliqñ pro defectu qui pro modico poſſet ſuppleri euacuato refectorio cauere replentur. Prouidere debet prelat⁹ quãtum poteſt ne dentur diuitibus vel conſanguineis vel alijs que ſunt danda chriſti pauperibus. Panis enim egentium vita pauperis eſt / qui defraudat illum homo ſanguinis eſt. Eccl. 34. Item prouidere debet ne furentur infideles miniſtri vnde viuere debent ſerui chriſti. ⁊ ne egeant domeſtici vnde luxuriantur extranei. Cogitare debet futurã cõputationẽ: vt in diſpẽſando habeat diſcretionẽ. Ideo aliqui bona ſibi commiſſa diſſipant: quia de reddenda ratione nõ cogitant. Prouer. 28. Viri mali non cogitant iudicium: qui autem inquirunt dominum animaduertunt omnia.

¶ Incipit ſecunda pars in qua oſtenditur quomodo ſe debeat habere qui ſubditus eſt.

o Stenſum eſt quomõ ſe debet habere qui cõgregationi preeſt nunc oſtendendum eſt quomodo ſe debeat habere qui eſt ſubditus qui inobedientiam ſpecialiter debet timere et cauere. Unde vna de duodecim abuſionibus clauſtri enumeratur diſcipulus inobedĩes. Vñ obediẽtiã ſpecialit̃ amplecti dʒ: q̃ in ſtatu

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſubiectiōis eſt. Hec p̄mo cōmēdabit. Scdo eius grad⁹ diſtiguent. Tertio tāget de his q̄ eā iuuant. Quarto de his que ei aduerſantur. Quinto de eius partibus.
¶ De cōmēdatiōe obie ꝛ deſtinatiōe inobie. Cap. 31.
O Bediētia lignū vite eſt his qui apprehēderint eā/ ꝛ qui tenuerit eā beatus. Simonē. i. obediētem beatificat ſaluator. Math. 16. Econtrario inobedientia lignū mortis eſt. Fuit enī cauſa mortis. Et qui per viā inobedientie incedit miſer eſt et maledictus. Hec patent Deut. 28. Ex benedictionibus que fiunt his qui legi obediunt ꝛ maledictionibus que fiunt his qui legi nō obediūt. Berñ. Inobedientiā cauſam mortis oēs experimur: oēs morimur propter eā. Obedientia ſcala eſt quā Jacob vidit. Geñ. 28. Scala illa ſuper terrā ſtabat ꝛ cacumē ei⁹ celū tangebat ꝛ angeli aſcendebant ꝛ deſcendebāt per eā ꝛ dñs erat innixus ſcale. Stare debet obedientia ſuper terraȝ per celeſtē intētionem/ cacumē celū tangit ꝙtum ad celi peruentionē Perfecta obediētia inmediate ſe habet ad celū. Parum enī vel nichil morātur perfecte obediētes in purgatorio: qꝛ magni lucri eſt obediētia. Unde ſufficit hic ſoluere debita ſua: ꝛ quia imperfecte obediente Chriſtus viuit et operatur. Gal. 2. Uiuo ego iam non ego viuit vero in me Chriſtus. Nec eſt veriſimile ꝙ in futuro deus ſit eorum vltor quorū eſt hic actor. Inobedientia hominē expulit de paradiſo terreſtri: obedientia vero producit ad celeſtem. Angeli aſcendunt ꝛ deſcendunt per hanc ſcalam. Siue enim nobis miniſtrēt ſiue deo aſſiſtant per viam obedientie incedunt cuius voluntatē agere intendūt. Dñs innixus eſt huic ſcale. Per viam enim obedientie inceſſit ꝛ in mundum veniens ꝛ in mundo viuens: ꝛ de mundo tranſiens. De primo legitur Johannis. 6. Deſcendi de celo non vt faciam voluntatem meam: ſed volūtatem eius qui miſit me. De ſecundo Joh. 4. Meus cibus eſt/ vt faciam voluntatem eius qui miſit me. De tertio. Math. 6. Nō



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſicut ego volo ſed ſicut tu. Joh. 14. Sicut mādatu dedit michi pr̄ ſic facio. Memētote fratres: xp̄s ne pderet obediētiā pdidit vitā. Et in ſignū ꝙ obediēdo mādato patris mortuus eſt inclinato capite emiſit ſpiritum.

¶ De gradibus obedientie. Cap. 32.

e T notādū ꝙ Bern̄. tāgit ſeptē gradus obediētie. Quorū primus eſt obedire libēter quē graduȝ vt ipſe ait nō poteſt aſcēdere niſi q̄ volūtatem precipiētis ſuā fecerit. Volūtas vero precipiētis ſubditi nō efficit niſi volūtas ſubditi prius abſcindatur. Sicut cū ſit inſertio in arbore ramus minus nobilis prius abſcindit poſt nobilior ramus inſeritur: ſic volūtas propria pri⁹ abſcindēda eſt volūtas eius qui loco dei recipi poteſt que pro dei volūtate habēda eſt Bern̄. Quicquid vice dei precipit: homo quod nō ſit tn̄ certū diſplicere deo / aut aliter accipiēdum eſt ꝙ̄ ſi preciperet deus. Quid enī intereſt: vtrū per ſe aut per ſuos miſtros ſiue hoīes ſiue angelos notū faciat beneplacitū deus. Idē. Ipm̄ quē pro deo habemus tāꝙ̄ deū in his que nō ſunt aperte contra deū audire debemus. Multi ſunt qui multis annis in religione fuerūt qui nondū primū gradū huius ſcale aſcenderūt. Et notādū ꝙ libēter obedire precipue laudabile eſt cū grauia iniūgūtur. Vn̄ ſup illud. 2. Regū. 16. Melior eſt obediētia ꝙ̄ victime ⁊c. dicit glō. gregorij. Sciēdū ꝙ obediētia aliqn̄ nulla eſt ſi de ſuo aliqd habet aliqn̄ minima eſt ſi ſuū aliqd nō habet. Cū enī locus ſuperior īperatur obediētie virtutē ſibi euacuat qui ad hūc ꝓprio deſyderio anhelat. Cū vero ꝓbra ⁊ ꝯtumelie īperanr̄ niſi hoc ex ſemetipo animus appetat / obediētie ſibi minuit q̄ ad hoc inuit⁹ deſcēdit Hic moyſes pn̄cipatū ppl'i humilit̄ recuſat: paul⁹ aūt audacter dicit. Ego nō ſolū ligari hieruſalē / ſ; ⁊ mori paratus ſum. ¶ Scd̄us gradus eſt obtēperare ſimpliciter. Multos enī videmus ſcd̄m verbū. Bern̄. Poſt precipiētis īperiū multas facere q̄ſtiones quare ſepi⁹ ingeminare vn̄ hoc venit / quis hoc inuenit conſiliuȝ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Inde murmuratio excuſatio ſimulatio impoſſibilitatis aduocatio amicorū. In pſal. In auditu auris obediunt michi. Glo. Ut oſtenderet vno eodē momento pceſſiſſe ⁊ precipiētis imperiū ⁊ obediētis obſequiū. Berñ. in libro de conſyderatione. Oībus nobis in cōuerſionis initio nulla virtus magis neceſſaria q̄ ſimplicitas humilis obediētie ⁊ grauitas verecunda. Idē in ſermonibus. Rara auis in terris diſcretio: ideo diſcretionis locum fratres ī nobis ſuppleat virtus obedientie vt nichil plus/nichil minus/ nichil aliter q̄ imperatum ſit faciatis. Idem. Non te moueat imperatꝰ magiſter / indiſcreta ſ poteſtas. Sed memento quia nō eſt poteſtas niſi a deo: ⁊ qui poteſtati reſiſtit ordinationi dei reſiſtit. Ante oīa ſimplicitatē debet habere ſubditi obediētia. In pſal. Qui deducis velut ouē ioſeph Ad hanc ſimplicitatem experiēdam antiqui patres in principio nō precipiebant fratribus recta. Unde in vitaſ patrū dixit quidam abbati paſtori. Patres ſeniores non loquuntur ab initio fratribus recta ſed magis diſtorta/et ſi viderint quia ea que diſtorta ſunt faciūt iam eis non loquuntur niſi quod expedit agnoſcentes quoniā in omnibus obedientes ſunt. ¶ Tertius gradus eſt hilariter obedire. 2. ad Cor. 9. Hilarē datorē diligit deus. Berñ. Serenitas in vultu dulcedo in ſermone multum colorant obedientiam obſequētis. Nubiloſa corporis compoſitio et facies tenebris triſticie obfuſcata deuotionē ab animo receſſieſſe ſignificant. Eccl. 35. In omni dato hilarem fac vultum tuuʒ. Qui cum murmure obediunt cum parua ſalſa deum paſcere volunt. In pſal. Dederunt in eſcam meam fel. Tales ſunt vt magni lapides qui moueri non poſſunt ſine afflictione mouentis. Eccl. 10. Qui transfert lapides affligetur in eis. Tales ſunt vt rote carri nō ſolū in hoc q̄ pre defectu vnctionis murmurāt ſed q: vnus alterū pcedere nō vult dicētes. Quare potiꝰ michi iniūgitis q̄ alii. Eccl. 33. Precordia fatui q̄ſi rota carri.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tales ſunt vt imagines in edificiis que ſuſtinēt colū
nas in facie triſticiā oſtēdētes. Prelatus cuius ſubdi
ti cū triſticia ⁊ murmure obediunt ſimilis ē illi qui hꝫ
oīa mēbra infirma q̄ neceſſarie haberet mouere ⁊ nul
lum mouere poſſet ſine dolore qui in magna miſeria
eſſet. Prelatus talis imperat iſti ⁊ ille affligitur ⁊ cō
triſtatur ⁊ ipſe cum eo ⁊ ſic de aliis ⁊ ita qui obſequi
debuerāt offendunt. Hebre. 13. Obedite prepoſitis ve
ſtris ⁊ ſubiacete eis. Ipſi enī peruigilāt quaſi rationē
reddituri pro animabus vr̄is vt hoc faciant cū gaudio
⁊ non gemētes. Hoc enī non expedit vobis. ¶ Quar
tus gradus eſt velociter obedire. Luce. 14. Luce. 19. di
ctum eſt zacheo. Feſtinans deſcēde. Math. 4. dicī de
petro et andrea a dn̄o vocatis. Illi cōtinuo relictis re
tibus ſecuti ſunt eum. Et ſimiliter ſubditur de iacobo
⁊ iohanne. Illis ſtatim relictis retibus ⁊ patre / ſecuti
ſunt eum. Hiero. Perfecta obedientia eſt ſua imperfe
cta relinquere. Cantic. 5. Manus illius tornatiles. In
vitaſpatrum. Abbas ſiſois habebat. 12. diſcipulos vni
eorum nomē marcus quē diligebat p̄ceteris ꝓpter bo
num obedientie quod erat in eo. Cuncꝫ quidam dice
rent ei ꝙ alij diſcipuli contriſtarentur ex hoc ipſe pulſa
uit ad oſtium vniuſcuiuſcꝫ vocans eos ⁊ nullus exire
voluit. Tandē vocauit Marcū qui ſtatim exiuit ⁊ in
uenit in caterno quod ille ſcribebat tēpore vocationis
literam vltimam imperfectam quam poſt vocationē
ꝓpter bonū obediētie cōplere noluit. Tūc illi iudica
uerunt eū eē magis diligēdum eo ꝙ magis diligeret
a deo ꝓpter bonum obedientie. Valde gratū eſſe ſolet
principibus cum precepta eorum velociter adimplen
tur. Prouer. 12. Vidiſti virum velocē in opere ſuo co
ram regibus ſtabit nec erit ante ignobiles. Quintus
gradus eſt viriliter adimplere mandatum. Bern̄. Ma
num tuā miſiſti ad fortia: agendū eſt īſtanter ei ⁊ cōſtā
ter obediēdū nec īter aſperitatē v̄boꝝ tā regalis eſt ſe
mita relinquēda. Loquiꝛ de ſemita obediētie. Chriſtus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hāc ſemitā ꝑ morte ignominioſa reliq̄re noluit. Phil. 2. Factus eſt obediens vſq; ad mortē. ⁊c. Bern. Putas obiē fructū cū ſubdit ⁊ audit obedictiā quā multis expetierat votis: quando ei precipitur quod redoleat dignitate: Econtrario meritū aſſigna tūc illi obediētie que terret animū audiētis: grauis ad audiēdū grauior ad implendū| grauiſſima ad tenendū. ¶ Sextus gradꝰ eſt hūiliter obedire. Et ſudit Bern. Magna virtus humilitas ſine cuius obtētu virtus fortitudinis non ſolū virtus non ſit ſed etiā in ſuperbiā erūpit. Luce. 17. Cū feceritis omnia que p̄cepta ſūt vobis dicite ſerui inutiles ſumus. Quod debuimus facere fecimus. ¶ Septimꝰ gradus eſt indeſinēt obedire. Et ſubdit. Bern. Perſeuerantia ſingularis filia eſt ſummi regis. Idem Quid currere prodeſt: ⁊ ante metam curſus deficere. Sicut currite vt comprehendatis.

¶ De his que ad obedientiam iuuant. Cap. 33.

I Tem notandū q̄ quinq; ſunt q̄ ſolent valere ad hoc q̄ aliquid ſit magis tractabile vel flexibile: et ſimilia his valēt ad hoc q̄ cor alicuius ſit magis obediens. ¶ Primum eſt ſeparatio rei ab aliqua re minus flexibili cui adheret: vt patet in corio adherēti ligno qd̄ flecti nō poteſt niſi a ligno ſeparet. Sic oportet q̄ aliquis perfecte obediens voluntatē ſuā ſeparet ab omni re temporali et eā recolligat vt habeat eā paratā quādo mandatum ſuperioris venerit. In pſal. Paratus ſū et non ſū turbatus. Item. Paratū cor meū deus paratum cor meum. Bernardus. Paratum ad ſublimia: paratum ad vniuerſa quecunq; preceperis. Idem. Verus obediens mandatum non procraſtinat: ſed parat aures auditui: linguam voci| manꝰ operi| pedes itineri| et ſic totum intra ſe recolligit vt mādatum peragat imperātis vt Abraham qui vt magis eſſet obediens deo dominus voluit eum ſeparari ab omni re temporali dans ei tria precepta | in quorum primo voluit eum ſeparare ba his a quibus ortum duxerat. Gene. 12. Egredere de

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

terra tua et cognatiōe tua et de domo pr̄is tui. ¶ Secundo a ſeipſo q̄tum ad carnalia deſyderia. Gene. 17. Circuncidetur ex vobis omne maſculinū. Circunciſio i carne facta monebat ad reſecationē ſuperfluoꝝ deſyderiorum carnalium: ideo fiebat in membro in quo maxime concupiſcentia ſeuiebat. ¶ Tertio ab eo q̄d ortum duxerat ab ipſo. Gen̄. 22. Tolle filiū tuū vnigenitum quē diligis Iſaac. ¶ Secūdū valens ad tractabilitatem eſt exilitas vt patet ī virga que propter exilitatem flexibilis eſt: etiā ferrum ſi ſit tenue vel exile flecti poteſt. Sic exilitas humilitatis multū valet ad obediētiam. Ideo apoſtolus loquens de obediētia chriſti premittit de eius humilitate dicens. Humiliauit ſemetipſum pro nobis factus obediēs. ꝛc. Phil. 2. Aug⁹. 14. libro de ciuitate dei. Obediētia niſi humilium eſſe non poteſt. Cum humilitas ſit propriū ſenſus vacuitas: humilis habet vbi alienū ſenſuꝫ recipiat tanq̄ qui vacu⁹ eſt a ſuo. Et qui ſenſum alienum recipit niſi ſit aperte malus recipit alienam voluntatē et ſic fit obediēs. Superbus pri⁹ exibit de ſenſu ſuo q̄ recipiat ſenſum alienū vel alienā voluntatē et fiat vere obediēs. Prouer. 26. Vidiſti hominem ſapientem ſibi videri magis illo ſpem habebit inſipiens. Cibus in quo nimis eſt de ſale quaſi perditus eſt. Facili⁹ ſal cibo additur q̄ ſubſtrahitur. Sic ille in quo proprius ſenſus nimis abundat nō eſt aptus religioni. Facilius homo ſimplex religioſus efficitur q̄ ille. ¶ Tertium eſt alicuius liquoris admixtio vt pellis dura vngit̄ vt ſit tractabilior et terre dure aqua miſcet̄. Similiter vnctio gratie neceſſaria eſt: vt cor magis tractabile fiat. Ideo q̄ in religione eſt frequenter deo debet ſupplicare in oratione vt obediendi ei gratiā tribuat: et p̄lato ſuo beneplacitū ſuū de eo inſpiret. Auguſtinus in tertio libro cōfeſ. Dn̄e cōtinentiā iubes / da quod iubes ꝛ iube quod vis. A ſimili dicere debet religioſus deo. Obedientiā iubes da quod iubes et iube quod vis. ¶ Quartū eſt calefactio vt patet

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in cera que calefacta tractabilioꝛ eſt et in metallis que ad ignē liquefacta formā rei cui infūdunt facilius reci=piūt. Sic accendēdū eſt coꝛ hoīs ad obedientiā vnctiōe beneficioꝛū iā acceptoꝛū et generaliū et ſpecialiū. Itē oſtenſione beneficioꝝ pꝛomiſſoꝛū. Immittēdus eſt etiā ignis diuini amoꝛis in coꝛ viri religioſi vt cogitet qua=liter deus pꝛo nobis obedire voluit vſqꝫ ad moꝛtē cru=cis vt cōfundatur male obediēs etiā ad leuia q̄ ex pte ipiꝰ ei iniūgunt. Luce 12. Ignē veni mittere in trā. et qd volo niſi vt accendatur. Ualet etiā ad acceſſionem cō=ſyderatio culparū cōmiſſarum ⁊ penarū que pꝛo his de=bentur. Bern. O ſi cognouiſſes q̄ꝫ multa ⁊ q̄ꝫ multis de=bes videres ꝙ nichil eſt quod facis. Pꝛimo debes xp̄o totā vitā tuam quia ipſe pꝛo tua poſuit ſuam. Secundo exigunt preterita peccata mea totā vitā meā vt faciā dignos fructus penitentie et recogitē oēs annos meos in amaritudine anime mee. O ſi tertiū debitoꝛē oſtē=dam qui eum vendicet ſibi: puto ꝙ deſyderes gloꝛiam quā oculus nō vidit. ⁊c. Nonne ad hoc emendū totū te ⁊ quicquid poteris dare opoꝛtebit: et cum omnia cōple=ueris nō ſunt cōdigne paſſiones huiꝰ tēpoꝛis ad gloꝛiā que relabitur in nobis. Quarto debitoꝛi debes quod es a quo totum habes qui te fecit et bene facit ⁊ cūcta miniſtrat. Cui hoꝛum pꝛoponis reddere quod debes. Item valet ad obediendum miſera ſeruitus in qua re=manet qui non pꝛoficit et libertas ⁊ cōſolatio ad q̄ per=uenit qui pꝛoficit. Pꝛouer. 12. Manus foꝛtiū dn̄abitur que autem remiſſa eſt tributis ſeruiet. Hoſtes hominis remiſſi quotidie aliquid acquirunt ſuper eum et ſic in durā ſeruitutē cū ponunt. Homo remiſſus ſemꝑ hꝫ pu=gnam ⁊ nunq̄ꝫ victoꝛiā: nec pꝛomiſſā vincenti letitiaꝫ. Apo. 2. Uincenti dabo māna abſconditū. ¶ Quintum eſt aſſuefactio. Equus acquieſcit circunuolutionibus vt facilius ad voluntatem aſſeſſoꝛis flectatur. Religio=ſus qui in volūtate ſua nutritur deſtruitur. In vitaſpa=trum. Antonius pꝛecepit paulo ſimplici heremite ſuere

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

et diſſuere veſtimenta ſua/ texere et frãgere ſportellas vt voluntatẽ eius flexibilem et obedientẽ faceret.

¶ De his que obediẽtie aduerſantur. Cap. 34.

O Bedientie proprius ſenſus et propria voluntas ſpecialiter aduerſantur. Senſus proprius eſt qui non eſt cõis. Circa quẽ eſt reprehenſibilis ſi ſocijs non ſit ſuabilis: reprehenſibilius vero eſt ſi non ſit ſubiectꝰ ei qui tenet locũ dei: maxime autẽ reprehenſibile eſt ſi deo nõ ſit ſubiectus. Determinandus eſt potius reſpectu ſuperioris: ꝙ reſpectu inferioris. Sicut eni non dicitur prelatus proprietarius ꝙtum ad bona temporalia ſi non diſponat de illis ad voluntatem eius qui inferior: eſt ſic nec dicendus eſt proprietarius quantum ed ſenſum ſi ſenſus eius non ſit ſubiectus ſenſui inferioris. Proprius ſenſus valde periculoſus eſt ei qui in religione eſt. Bernar. in ſermone. Lepra proprij conſilij eo pernicioſior quo oculta: et quanto plus abũdat in homine: tanto ſibi ſanior eſſe videtur. Hic illorum eſt qui zelum dei habent ſed non ſecundum ſcientiam ſequentes errorem ſuuz et obſtinati in eo ita vt nullis velint cõſilijs acquieſcere. Hi ſunt vnitatis diuiſores: inimici pacis charitatis expertes/ vanitate tumentes placentes ſibi et magni in oculis ſuis: ignorantes dei iuſtitiam: et ſuam volentes conſtituere. Et que maior ſuperbia ꝙ vt vnus homo toti congregationi conſiliũ ſuũ preferat: tanꝙ ipſe ſolus ſpiritum dei habeat: idolatrie ſcelus eſt non acquieſcere et quaſi peccatuz ariolandi. Ecce nũc qui ſe faciunt religioſiores qui nõ ſũt ſicut ceteri hominum/ idolatrie ⁊ arioli facti ſunt. Non debet hominem regere in clauſtro proprius ſenſus qui eum rexit in mundo. Non debet eum habere pro duce qui in tot foueas eum precipitauit. Deutero. 12. Non facietis ibi que nos hic facimus hodie ſinguli quod ſibi rectum videtur. Propriꝰ ſenſus eſt oculus veteris hominis/ oculus inquam caligans ſicut oculi ſolent in ſenibus caligare. Oculus iſte eſt deſtruendus ſicut ⁊ ce-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tera membra veteris hominis. Collocenſes Tertio: Mortificate mēbra veſtra q̄ ſunt ſuper terram. Item. Proprius ſenſus ē oculus ſcādalizās ꝛ ideo eruēdus. Math. 5. Si oculus tuus dext ſcādalizat te: erue eū ꝛ pijce abs te. Sicut equ⁹ vidēs nō eſt idoneus circuire ad molā: ſic q̄ in religione eſt nō ē aptus volubilitati obediētie niſi oculus proprij ſenſus ei erutus fuerit. Proprius ſenſus eſt ꝯſiliarius infidelis: de q̄ non eſt cōfidendū eo ꝙ nimis cōiunctus ē carni. Eccl. 37. Noli cōſiliari cū ſocero tuo. Itē iudex eſt q̄ merito ſuſpecus habetur eo ꝙ inordinato amore vel odio vel timore peruertat. Bern. in libro de cōſyde. Amor vel odiū veritatis neſcit iudicium. Et notandum ꝙ vna ratio quare aliquis religionem ingreditur eſt hec: vt deus plenius in eo dn̄etur. Cū aliquis vult recupare caſtrū amiſſum vbi ſūt multe porte per quas opꝫ eū intrare: primo oportet eū habere ingreſſum p̄me porte. Si nō habet ei⁹ ingreſſū: nō hꝫ īgreſſū ſcđe. Velut p̄ma porta eſt ſenſus. Si nō hꝫ deus ſenſū hoīs: nō habet eius voluntatē nec ꝑfecte ei dn̄atur. Obie multū aduerſat ꝓpria volūtas. De q̄ Bern. Volūtatē dico ꝓpriā q̄ nō eſt cōis deo ꝛ hoibus: ſed oī caſu qđ volumus non ad honorē dei vel ꝓximi ꝑfectū/ ſed ꝓpter noſipſos facimus ꝓprijs ſatiſfaciēdo affectib⁹. Hoc in viro religioſo multū diſplicet deo placet dyabolo ꝛ religioni multū nocet. Nō mirū ſi deo multū diſplicet cum dn̄iū ſuū ei aufert. Gregorius de ſuperbo. Quaſi a ſe iugum dn̄ationis excutit: cui per inobedientiā ſubeſſe contēnit. Bern. Propria voluntas recta fronte cōtraria eſt charitati que deus eſt aduerſus huius exercēs inimicitias. Quid enim odit deus vel punit niſi propriam voluntatē? Ceſſet ꝓpria voluntas ꝛ infernus nō erit. Dyabolo multum placet. Eccl. 18. A voluntate tua auertere. Si p̄ſtes aīe tue ꝯcupiſcētias eius faciet te in gaudiū īnimicis tuis. Propā volūtas multū nocet ꝛ ei in q̄ ē ꝛ ceteris q̄ in ꝯgregatiōe ſunt. Ceteris no-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cet ſcandalizãdo eos. Bern̄. Unde ſcandala: niſi ꝙ ſequēdo voluntatē ꝓpriam. Et quod apud nos temere diffinimus ſi quomodo prohiberi contingat vel impediri ſtatim in murmur ⁊ ſcandalum prorūpimus. Sibi in quo eſt multum nocet. Primo dei beneficia ſubſtrahēdo. Gregorius. Dignum eſt vt ab eius beneficijs ſit quilibet extraneus qui eius iuſſionibus non vult eſſe ſubiectus. ¶ Secūdo meritū eius euacuando. Jſaie quiqgeſimo octauo. Quare ieiunauim⁹ ⁊ nō aſpexiſti: Et ſubditur. Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur volūtas veſtra. Bern̄. Grande malum ꝓpria volūtas qua fit vt bona tua bona non ſint: quia non ſapit deo ieiuniū quod non ſapit obedientiam ſed vicium proprie volūtatis. Ego autē in ſilentio ⁊ in omni obſeruantia regulari idipſū ſentio. ¶ Tertio eū confundit. Oſee. 10. Confundetur iſrael in voluntate ſua. Jn hoc cōfūdetur qui proprıā voluntatē ſequitur: quia contrariū ei accidit eius quod intendit. Querit alicubi cōſolationem et ex hoc poſtea maiorem habet deſolationem vel in remorſione conſcientie vel in punitione penitentie vel in infirmitate que quandoq̄ ex hoc ſequitur. Qui plus vult facere voluntatem ſuam in religione plus cogitur facere contra eam. Cum enim talis non habeat gratiam illam apud deum vel homines quam habet verus obediens multa non conceduntur ſibi que conceduntur vere obedienti Jonas qui effugere voluit vt dei voluntatem nō impleret impleuit eam inuitus. Gregorius. Ecce Jonam fugitiuum dei tempeſtas īuenit / ſors ligat / mare ſuſcipit: ⁊ quia actoris voci obedire remittitur / ad locum quo miſſus fuerat ſuo carcere reus portatur. ¶ Quarto hominem in afflictione ponit vnde Saul inobedientem malignus ſpiritum exagitat primo Regum decimo ſexto.

¶ De partibus obedientie. Cap. 35.

DE partibus obedientie notandū ꝙ ē obediētia reprehēſibilis ⁊ eſt obedientia commendabilis

Obedietia rephenſibilis triplex eſt. Prima eſt cū aliquis obedit creature inferiori hoie vt pecunie. Eccl. 10. Pecunie obediūt oia. Scda eſt cum ex remiſſione ſuperioris ⁊ ceruicoſitate inferioris accidit ꝙ ille obedit qui debet imperare ⁊ membrum inferius eſt ſuper verticem ⁊ qui debuit eſſe ſupra eſt infra. Prouer. 30. Per tria mouetur terra ⁊ quartū qd non pōt ſuſtinere per ſeruū cum regnauerit. Tertia eſt cum aliquis ſuo ſuperiori in malo obedit. Grego. in moralibus. Nunꝙ per obedientiā malū licet fieri. Aliqn autē dz bonū qd agitur per obedientiam intermitti. Idem. Caueant ſubditi ne plus ꝙ̃ expedit ſint ſubiectine dum plus ꝙ̃ expedit ſtudēt ſubijci ſuperioꝝ cōpellant vicia venerari. Aug. Sic modus obedietie tenēdus eſt vt bonis in malo nō ꝯſentias: malis ī bono nō cōtradicas. Obia cōmendabilis duplex eſt quedam ſufficiens/ quedam abundans. Sufficiēs eſt volūtas implendi preceptum vel mādatū ſupioris: iuxta modū ꝓfeſſionis. Et intellige p̄ceptū vbi eſt coactio imperij mandatū vero vbi nō eſt. Bern̄. Modus obeditionis eſt tenor ꝓfeſſionis. Nec ſe valet extēdere ptās imperantis niſi ꝙ̃tum attingit votū obedietis. Idē. Nil michi p̄latus ꝓhibeat eoꝝ que promiſi nec plus erigat vota mea nec augeat ſine mea volūtate nec minuat ſine neceſſitate. Idem. Et quidē obedietie limes: ſed tempus ipſa temporis extremitas/ vt is ſit finis obedietie qui eſt vite. Abundans obedietia eſt cū aliquis obedit in his ad que ex voto ꝓfeſſionis non tenetur. Bern̄. Subiectus huiuſmodi obiam q̄ finibus cohibetur nouerit imperfectā. Nā perfecta obia legē neſcit/ terminis nō arctat/ neqꝫ contēta anguſtijs ꝓfeſſionis largiori fertur voluntate in altitudinē charitatis: ⁊ ad oē quod iniūgit ſpōtanea vigore liberalis alacriſqꝫ animi modū nō conſyderās in infinitatē extenditur. Et notandū ꝙ ad perfectionē obedietie pertinet nō ſolū facere qd iubet ſꝫ ſicut iubetur. Gen̄. 17. dicitur de Abraham ꝙ circūcidit carnē

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pꝛeputij eoꝝ ſtatī ipſa die ſicut p̄ceperat ei dñs. Mat.
1. dr̄ de Joſeph ꝙ fecit ſicut precepit ei angelus. Et
Joh.14. Sicut mādatū dedit michi pater ſic facio. Et
notandum ꝙ Bern̄. tres gradus obediētie diſtinguit
his verbis. Bonus obedientie gradus eſt ſi ꝓpter me-
tum gehēne ſeu ꝓpter ꝓfeſſionē factā quis obediat:
melioꝛ cū ex dei amoꝛe obedit. Illa quippe neceſſita-
tis eſt: iſta charitatis. Aliū autem optimū obedientie
dixerim gradū cū eodē aīo recipitur quo iniūgit̄ vt .ſ.
plus velit q̄ exequit̄ ꝙ vult ille a quo iubet̄. Idē. No
uit verus obediēs ⁊ minima non ꝯtemnere ⁊ maxima
maxime curare. ¶ Et notandū ꝙ religio vbi ſola ſer-
uant̄ p̄cepta: multū ē dehoneſtata. Auris enī obediē-
tie in maioꝛi parte in ea eſt multilata cum in religione
bene oꝛdinata plura mādata ꝯtineātur in regula ⁊ cō-
ſtitutiōibus ꝙ p̄cepta ⁊ plura mādent̄ a ſuperioꝛibus
ꝙ p̄cipiūtur. Qui ſic obedit magnā partē cenſus vel
ſeruicij dño debiti retinet īfideliter: ⁊ quaſi furat̄. Et
eſt ſimilis furi i p̄mo furto dep̄henſo: cui pars auricu-
le eſt āputata. Talis obīa paꝝ videtur eſſe grata deo.
Quis enī eſt dñs terrenus qui velit habere ſeruictē
qui nihil pꝛo eo faciat/ niſi qd̄ p̄cipiat ei ticione eleua-
to: vel gladio euaginato. Sic iubet: qui dicit p̄cipio.
Tale enī eſt quaſi diceret: Si non feceris: moꝛtis eter-
ne gladio occideris. Itē parū eſt obediens qui ad plu-
ra eſt obedieus. In iure enim diuino ⁊ in iure poſiti-
uo ⁊ in ſtatutis religionuꝫ que bene ſunt inſtitute plu-
ra mandantur: ꝙ precipiantur. Item paruꝫ eſt gratus
domino / ſeruus qui non poteſt induci ad eundum ad
locum ad quem a domino mittitur: niſi pꝛius ligetur.
Preceptum eſt vinculum quo male odediens ligatur.
Item infirmus eſt moleſtus medicanti ⁊ cuſtodienti:
quem opoꝛtet ligari. Item compediri pꝛecepti violen-
tia non pertinet ad bonum filium vel etiam ſeruū be-
niuolum: ſed ad maliuolum. Eccl̄.33. Seruo maliuo-
lo toꝛtura ⁊ compedes. Cum voluntas ſit radix merē-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

di magis volũtariũ videt eē magis meritoriũ: ⁊ obſe
quiũ qđ min⁹ gratis exhibet min⁹ gratũ habet. Parũ
eſt volũtariũ qđ violẽtia p̃cepti a ſubdito extorquet.

¶ Incipit tertia pars cõtinens vnũ capitulũ in
quo agitur de miniſtris. Cap. 36.

OStenſum ē quõ ſubditi in religiõe debeãt
ſe hr̃e/ nũc tangẽdũ eſt aliqđ de miniſtris
q̃ bona tẽporalia habent diſpẽſare. Circa
quos ſpecialiter eſt cauẽdũ ne indiſcrete
multiplicẽtur. Scđm beatũ Bñdictum in
regula vnus debet eſſe cellarius/ q̃ oĩ cõ-
gregationi ſit ſicut pater et curã gerat de oĩbus. Qđ
abbas iuſſerit debet facere/ qđ phibuerit nõ dꝫ p̃ſume-
re. Si ꝯgregatio fuerit maior ad ſolatiũ debẽt ei dari
qui eũ adiuuẽt/ vt ipſe equo aĩo impleat officiũ ſibi cõ-
miſſum. Nõ eſt ſcđm regulã vt multi ſint principales
bona monaſterij diſpẽſantes ſed vnus. Ille nõ ſolũ cõ-
uẽtus ſed infirmorũ pauperũ ⁊ hoſpitũ curã dꝫ gerere.
In multis tñ monaſterijs occaſione infirmoꝝ pauperũ
et hoſpitũ et eorũ que ad eccleſias pertinẽt aliquibus
perſonis nõ ſolũ bonorũ tẽporaliũ diſpẽſatio ſed etiaꝫ
dñatio data eſt vel permiſſa vt bona illa diſpenſent nõ
ſcđm prelati iuſſionẽ/ ſed ſcđm ſuã volũtatẽ/ vt nõ ſolũ
de illis officiũ ſibi iniunctũ impleãt: ſꝫ etiã ſibi proui-
deant/ et q̃ abundant vel prodige alijs diſtribuãt/ vel
auare ſibi cuſtodiãt. In cõgregatione cui xp̃s prefuit
vnus fuit diſpẽſator/ et ille fuit latro. Iohã. 12. dicitur
de illo ꝙ fur erat ⁊ loculos habẽs ea que mittebantur
portabat. In multis vero monaſterijs multiplicati ſunt
bonorũ tẽporaliũ diſpẽſatores/ et multiplicati ſunt la-
trones. Sicut enim iudas ea q̃ danda erant paupibus
dabat vxori et filijs/ ſic tales que dãda eſſent xp̃i pau-
peribus dant attinẽtib⁹ ſibi. Et ſicut ſunt ſimiles iude
in culpa/ ſic frequenter fiunt ſimiles ei in pena. Iudas
occaſione huius peccati in maius peccatum cedicit vt
deum venderet: et deſperans laqueo ſe ſuſpenderet.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sic tales postq̃ defraudando pauperes Christi pecca
uerunt in proximum indigne celebrando vel symoni=
am committendo peccant in deum/ et ſine penitentia
morientes infernale incurrunt ſupplicium. Qui in re=
ligione fratribus miniſtrant: ſolliciti debent eſſe vt
miniſtrando deo placeant cuius ſunt bona que diſpen
ſant/ ⁊ familia cui illa dipſenſant. Non debent ea/ nec
auare retinere/ nec prodige expendere. Cauere de=
bent a perſonarum acceptione. Auguſtinus in regula
ſua. Diſtribuatur vnicuiq; veſtrum a prepoſito veſtro
victus et tegumentum non equaliter omnibus quia
non equaliter valetis omnes/ ſed potius vnicuiq; ſi=
cut cuiq; opus fuerit. Sic enim legitis in actibus apo=
ſtolorum/ quia erant illis omnia communia: et diſtri=
buebatur vnicuiq; ſicut cuiq; opus erat. Sine mur=
mure debent miniſtri fratribus ſeruire/ et ſine dila=
tione ea quibus indigent dare. Auguſtinus in regu=
la. Siue qui cellario/ ſiue qui codicibus/ ſiue qui ve=
ſtibus preponuntur/ ſine murmure ſeruiant fratribus
ſuis. Idem. Veſtimenta et calciamenta quando fue=
rint neceſſaria: dare non differant ſub quorum cuſto=
dia ſunt que poſcuntur. Maledictus diſpenſator aua=
rus/ cuius largus eſt dominus. Idem. Miniſtri mo=
naſterij ne indignentur vel ex conditione iubentis/
vel ex cõdicione miniſterium ſuſcipientis Attendere
debent iuſſionem prelati: iuſſionem eſſe dei: ſecũdum
illud Luce. 10. Qui vos audit me audit. Item atten=
dere debent miniſterium quod exhibetur minimo fra=
tri Chriſto exhiberi/ ſecundum illud Mat. 25. Quod
vni ex minimis meis feciſtis/ michi feciſtis. Et mi=
niſtrare nulli eſt dedecus/ ſed honor magnus/ cum ille
qui inter natos mulierum maior non ſurrexit dicat ſe
dignum non eſſe vt ſoluat corrigiam calciamenti eius
Item attendere debent dominum indigno humile
miniſterium exhibuiſſe proditori ſuo iude. Mathei
18. Videte ne contemnatis vnum ex his puſillis. An=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

geli enim eorum ſemper vident faciem patris mei qui in celis eſt. Item attendere debent gloriam premij que habebunt ex humilitate miniſterij. Job.22. Qui humiliatus fuerit erit in gloria.

¶ Incipit quarta pars in qua oſtenditur quo mō ſe debēt habere qui fuerūt diuites in ſeculo et qui fuerunt paupes. Cap.37.

Conſequenter oſtendendū eſt quomodo ſe debeant habere in monaſterio / et qui in ſeculo fuerunt diuites et qui fuerunt pauperes. Quod oſtendit Auguſtinus in regula ſua his verbis. Qui aliquid habebant in ſeculo quādo ingreſſi ſunt monaſterium libenter velint illud eſſe commune / qui autē non habebant non ea querebant in monaſterio que nec foris habere potuerunt. Sed tamen eorum infirmitati quod opus eſt tribuatur etiam ſi paupertas eorum quando foris erant nec ipſa neceſſaria poterat inuenire. Non tamen ideo putent ſe eſſe felices quia inuenerunt victum et tegumentum quale foris inuenire non potuerunt / nec erigant ceruicem quia ſociantur eis ad quos foris accedere non audebant / ſed ſurſum cor habebant et terrena vana non querant: nec incipiant monaſteria eſſe diuitibus vtilia non pauperibus / ſi diuites illic humiliantur / et pauperes inflantur. ¶ Rurſum illi qui aliquid videbantur eſſe in ſeculo non habeant faſtidio fratres ſuos qui ad illam ſanctam ſocietatem ex paupertate venerunt / magis autem ſtudeant non de parentum diuitum dignitate: ſed de pauperum fratrum ſocietate gloriari. Nec extollantur ſi cōi vite aliquid de facultatibus ſuis contulerūt / nec de ſuis diuicijs magis ſupbiant / ſi eas monaſterio partiūtur ꝙ ſi eis in ſeculo fruerent̄. Alia quippe quecūq; iniquitas in malis operib⁹ exercet̄: vt



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fiāt: ſuperbia vero bonis opibus inſidiatur vt pereāt. Idem. Qui infirmi ſunt ex priſtina cōſuetudine ſi aliter tractantur in victu nō debet moleſtū eſſe nec iniuſtū videri eis quos fecit aliqua conſuetudo fortiores: nec illos feliciores putent q2 ſumūt qđ nō ſumūt ipſi: ſed ibi potius gratulētur q2 valēt qđ nō valēt illi. Et ſi eis qui venerūt ex minoribus delicatoribus ad monaſteriū aliquid alimētorū veſtimētorū operimētorūque datur qđ alijs fortioribus et felicioribus nō datur cogitare debent quibus nō datur quantū de ſua ſeculari vita illi ad iſtā deſcēderint: q̄uis vſq3 ad aliorū q̄ ſunt corpore fortiores fragilitatē peruenire nō potuerunt. Nec debēt velle oēs cum paucos vidēt amplius nō q2 honorātur: ſed q2 tolerātur accipere ne cōtingat deteſtanda peruerſitas: vt in monaſterio multi quātū pñt fiunt diuites laborioſi fiāt pauperes delicati. In q̄buſdam monaſterijs multa circa hec peruerſitas inuenit: vt ſc3 aliqui ibi velint hr̄e abūdātiā qui i ſeculo habuerunt penuriā. Aliqui enī iuxta verbū Hiero. Ditiores ſunt monachi q̄ fuerint ſeculares: ⁊ poſſidēt opes ſub xp̄o paupere quas ſub locuplete dyabolo nō habuerāt. Aliqui etiā delicata ibi querūt qui vix in ſeculo panē ſufficiēt habebāt: pro quib9 dicit Hiero. Nat9 in paupere domo in tugurio ruſticano qui vix milio cibario pane ventrē rugientē ſaciare poterāt: nunc ſimilāt et mella faſtidiūt. Ibi etiā aliqui volunt honori haberi: q̄ in ſeculo fuerūt deſpecti. Bern. Plerique in domo dei nō patiūtur haberi cōtēptui: q̄ in ſua nō niſi cōtēptibiles eſſe potuerūt. Ibi etiā aliqui volūt ſibi nomē facere / q̄ in ſeculo nullius noīs fuerūt. Bern. Qui antea in ſuo oppido vix cogniti fuerūt: mō circūeuntes prouincias curias frequētantes regū noticias ⁊ principū familiaritates cōſecuti ſunt. Itē aliqui q̄ in ſeculo ducebāt vitā laborioſam cōtra cōſuetudinē ſuā volūt ducere vitā ocioſam qđ nō ſolū aīabus ſed etiā corporibus eſt nociuū. Vñ medici mittūt egrotātes ad ↄſueta.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Miniſtrāda ſunt neceſſaria etiā his qui pauperes fue runt. ¶ Primo vt periculū acceptionis perſonarum caueatur / qḋ pctm̄ diſſuadetur. Jacob. 2. Fratres mei nolite in perſonarū acceptione hr̄e fidē dn̄i nr̄i Jheſu xp̄i. ¶ Scḋo vt murmur et ſcādalū puſillorū vitetur: qḋ multum timendū eſt. Math. 18. Quicūq̧ ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis qui in me credunt expedit vt ſuſpēdatur molla aſinaria in collo eius. ¶ Tertio propter honorē xp̄i: qui ſibi reputat fieri qḋ fit pauperi. Math. 25. Qḋ vni ex minimis meis feciſtis michi feciſtis. Ad honorē celeſtis regis facit ꝙ miniſtris eius ſufficienter neceſſaria miniſtrentur. ¶ Quarto quia maius eſt meritum in his que pauperibus miniſtrantur ꝙ̄ in his que diuitibus miniſtrantur / qꝛ deus ſolus ad hoc monet / in his vero que miniſtrantur diuitibus frequēter monet aliud Ultimo qꝛ bona monaſterii pauperū ſunt / etiā anteq̄ꝫ monaſterii ingrediātur / quātomagis poſtq̄ꝫ ingreſſi ſunt ⁊ ī domo dn̄i laborāt. Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Luce. 10.

¶ Incipit quinta pars in qua agitur de infirmis. Cap. 38.

Ultimo in hoc quinto libro oſtendendū eſt: qualiter ſe debent habere infirmi. Multa vero ſunt que ad infirmitatem pertinent de quibus duodecim tangere ſufficiat. ¶ Primum eſt vt attendat a quo infirmitas detur. ¶ Secundum eſt vt attendat ad quid datur. ¶ Tertium eſt vt aduertat quantū donum dei fuit ſanitas quam prius habuit. ¶ Quartum eſt vt cogitet quanta eſt vtilitas infirmitatis. ¶ Quintum eſt vt deo ⁊ miniſtrantibus ſibi propter deum val de exiſtat. ¶ Sextum vt ſi quem defectum temporalium habet patienter ſuſtineat. ¶ Septimū eſt vt experientia infirmitatis ſue potius ꝙ̄ delectantia appetat. ¶ Octauum vt exempla ſanctorum ad ſui conſolationē ad memoriā reuocet. ¶ Nonū vt ſpe euaſionis



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

maiorum maloꝝ ꝛ ſpe eternoꝝ bonoꝝ afflictionē ſuā alleuiet. ¶ Decimū vt timorē dñi cordi ſuo īfigere ſtudeat. ¶ Undecimū vt alijs cōpati addiſcat. ¶ Duodecimū vt ſi ei in infirmaria deeſt neceſſitas habeat ī patientia: vitā vero dēm in deſyderio habeat ꝛ ceſſante neceſſitate ad eā letus redeat. ¶ Attēdere debet infirmitatē datā eſſe a patre luminū ꝛ miſericordiarū q nō daret filijs ſuis niſi qđ ſcit eis expedire. Ideo gratāter debet eā recipere/ ad quod monemur exēplo ſaluatoris. Johā. 18. Calicē quē dedit michi pater nō vis vt bibā illū. Attēdere debet ad quid datur ꝛ ad minꝰ hoc debet intelligere ꝙ iumentū videtur cognoſcere cū ꝑcutitur ꝙ. ſ. percutitur/ vel qꝛ extra viā eſt ꝛ ad viā redit/ vel qꝛ nimis lente incedit ꝛ greſſum ſuū accelerat. Scrutari debet cōſciētiā ſuā quē dñs infirmitate percutit ꝛ ſi extra viam paradiſi ſe inuenit cōpungi ꝛ cōfiteri: ſi vero nō inuenit ſe/ extra viā paradiſi cogitare debet ꝙ piger erat ad bene operandū ꝛ preponere ꝙ ad bonū feruētior erit. In pſal. Multiplicate ſunt infirmitates coꝝ: poſtea accelerauerūt. ¶ Attēdere debet quid ei deus dedit cū dedit ſanitatē intellgere facit infirmitas quid valet ſanitas. Qui nūꝗ fuit infirmus neſcit quid habet cum ſanitatē habeat/ ideo nec deum pro ea debito modo diligit nec ei gratꝰ exiſtit. ¶ Cogitare etiam debet quanta ſit infirmitatis vtilitas. Illa hoſtē domeſticū debilitat ꝛ ſic hoīem interiorem roborat. Quid mirū ſi hoſte debilitato tu fortior effitieris. Infirmitas corporis infirmitatē perículoſiorē ſanat. ſ. infirmitatē mētis. Eccl. 31. Infirmitas grauis ſobriam facit animam. Dicit beatus Grego. de beato Benedicto qui propter tentationem carnis poſuit ſe in ſpinis ꝙ vulnere carnis ſanauit vulnera mētis. Idē. Quis neſciat ꝙ multo melius eſt ardere flammis febriumꝗ igne viciorū. Et tamē cū febre corripimur qꝛ vicioꝝ eſtū qui occupare nos poterat cōſyderare ne-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gligimus de perſecutione murmuramus. Idē. Durū non eſtimes eſſe qđ pateris de externis cruciatib⁹: ab interna paſſione liberaris. Item infirmitas virtutem perficit ſcđm illud .2. ad Coꝛ. 12. Virtus in infirmitate perficitur. Infirmitas etiam hominē pꝛobat. Thob. 12. Quia acceptus eras deo neceſſe fuit vt tentatio ꝓbaret te. Job. 23. Pꝛobauit me quaſi aurum quod per ignem tranſit. Seneca. Non in mari tantum aut in pꝛelio vir foꝛtis apparet/ exhibetur etiam ⁊ in lectulo virtus. Multum etiā eſt vtilis infirmitas. Unde in vitaſpatrum cum quidam peteret a Johanne heremita vt ſanaret eum a tertiana reſpōdit. Rem tibi neceſſariam cupis abijcere. Ut enim coꝛpoꝛa vicio anima lāgoꝛibus et caſtigationibus purificatur. Et quidam ſenex infirmanti diſcipulo dicit. Ne contriſteris ex infirmitate vel plaga coꝛpoꝛis. Si enim ferrum es rubiginem per ignem amittis/ ſi vero aurum es per ignem pꝛobaris et ad maioꝛa pꝛouei̇eris. Et cum quidam miles rogaret quendam virum ſanctū vt a moꝛbo liberaret eū pꝛecibus ſuis. Vir ſctūs audito ab eo ꝙ melioꝛ eſſet in egritudine ⁊ deuotioꝛ ꝙ̄ in ſanitate dixit. Oro deum vt ſeruet te ī quo melioꝛ es. ¶ Frater multum debet eſſe gratus deo et miniſtranti tibi pꝛopter deum. In monaſterio enim oꝛdinato homines gratis recipiuntur/ et gratis eis miniſtratur. Non enim qui eis miniſtrat ab eis miniſterij mercedem expectat/ et quaſi ſine merito eoꝛum eis miniſtrat. Etenim ſi laboꝛant pꝛo eternis eſt laboꝛ ille/ non pꝛo terrenis. Unde valde gratum debent habere quod deus gratis fecit eis pꝛouideri. Non eſt pꝛincipale quod miniſtratur ſed adijcitur. Mathei. 6. Hec omnia adijcientur vobis. ¶ Victu magis tenui debet eſſe contentus qui expectat mercedem magnam: ꝙ̄ qui expectat nullam. Et ſi aliquē defectū ſuſtineant patienter debent illud ſuſtinere: cum deus ſit monaſterij pꝛouiſoꝛ: ⁊ illuꝫ defectum medicinalem ſubſtractionē debent reputare.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Aug⁹. Scit celeſtis medicus q̄d nobis daturus ſit ad cõſolationē. et q̄d ſubtracturus ad exercitationē. Non enī homo ſine cauſa iumēto ſuo cibaria detrahit. Nō debet ibi eſſe murmur: quia cõtra deum eſſet q̄ prouiſor eſt. Exo. 16. Non cõtra nos eſt murmur veſtrum ſʒ contra dn̄m. Et numeri. 19. Uſq̄q̄ multitudo hec peſſima murmurat cõtra me? Cor debet eſſe firmum vt nō diſſoluatur abundantia: nec murmur et penuria. Heb. vltimo. Optimuʒ eſt gratia ſtabilire cor non eſcis que non profuerunt ambulantibus in eis. Multum eſt cauendum a murmure in clauſtro. Murmuratio vna eſt de duodecim abuſionibus clauſtri. In vita ſpatrum dicit abbas paſtor. Qui querulosus eſt monachus non eſt. ¶ Expedientia magis q̄ delectantia debet velle. Unde Aug⁹. in regula ſua. Si velit et forte non expedit: ſue cupiditati non eſt obediendum. Ideʒ. Utrum ſanando dolori quod delectat expediat: ſi non eſt certum medicus conſulatur. ¶ Exemplis ſanctorum debet ſe conſolari. Thobie. 2. Hanc autem tentationem ideo pmiſit dn̄s euenire illi vt poſteris daret exēplū patientie eius ſicut ⁊ ſancti. Job. Et poſt. Nō ē cõtriſtatus ↄ̄ deum q̄ plaga cecitatis euenerit ei: ſed immobilis in dei timore permanſit agens gratias deo omnib⁹ diebus vite ſue. Jaco. 5. Sufferentiam Job audiſtis. Grego. Facta precedētiū patrū recolamus: ⁊ nō erunt grauia que toleram⁹. ¶ Spe euaſionis maiorū maloꝝ debet afflictionē ſuā alleuiare. Magna miſericordia ē q̄ deus ꝓ malis futuris que meruit accipit infirmitates vel alia mala pn̄tis vite. Tale eſt ac ſi ille cui debēt marche auri ⁊ argēti recipet ꝓ eis fabas vel lapillos ꝑ quib⁹ ↄputatio facta eſt. Pl⁹ enī eſt faba vna reſpectu marche argēti: q̄ tribulatio pn̄s reſpectu pene future. Ezechiel. 4. Diē pro anno dedi tibi. Itē ↄſolari debet magnitudine mercedis. Aug⁹. Gaude ſub flagellis: q̄ tibi ſeruat̄ hereditas. Illis ad tēpus pcit quos ieternū

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dãnabit. Idē. Non timeas flagellari: ſed exheredítari. Gregorius. Niſi correctis dominus dare diſponeret: erudire eos per moleſtias non curaret. ¶ Timorem domini debet cordi ſuo infigere: vt per penā quā patitur/penam futuram intelligat. Gregori⁹. Si tam aſpere deus percutit vbi parcit ꝙ̃ aſpere percutiet vbi non parcet. Cogitare debet quomodo poterit ignem ſuſtinere: qui non poteſt ſuſtinere modicum calorem febrilem. Febris enim eſt calor non ignis. Item qui non poteſt ſuſtinere ignez in vno digito: quomodo poterit ſuſtinere ꝙ corpus et anima ſint in igne grauiori. Itē qui non poſſet ſuſtinere ignem ad momentum: quomodo poterit illum ſuſtinere in eternum. ¶ Compaſſionē addiſcere debet. Neſcit infirmis cōpati qui infirmitatem paſſus nō eſt. Qui omniū habebat notitiam: compaſſionem voluit addiſcere per experientiam. Hebre. 4. Nō enim habemus pontificem qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris tentatum autem per omnia. ¶ Ceſſante neceſſitate ad communem vitam libenter debet redire. Unde. Aug⁹. in regula ſua dicit de infirmis. Cū vires priſtinas reparauerint redeant ad feliciorem cōſuetudinem ſuam que famulos dei tanto amplius decet quanto minus indigent: ne ſibi eos teneat voluptas iam vegetatos quos neceſſitas leuaret infirmos.

Explicit quintus liber.

¶ Incipit ſextus liber: ī quo agitur de quiete mētis.

Vltimo in hoc opere agēdū eſt de quiete mētis in deo quod eſt excellentiſſimū bonū in populo dei. Hebre. 4. Reliquitur ſabbatiſmus populo dei. Et primo oſtendet ꝙ non eſt vera quies mentis extra deū. Secundo tangetur de multiplici quiete mētis ī deo. Tertio oſtendent̄ ea que hāc quietē īpediunt. Quarto agetur de his que ad hanc quietem faciunt.

Q; vera q̃es mētis nō eſt ī mūdo ſʒ ſolū in deo. Cap. 1.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

c Irca primū notandū ꝙ vera quies mentis nō eſt
in mūdo: ſʒ ſolū in deo. Augꝰ. in libro ꝯfeſ. Dñe
feciſti nos ad te: et quietū eſt cor noſtrū donec requie-
ſcat in te. Johan. 16. In mundo preſſurā habebitis in
me autē pacē. Nō quieſcit mēs in bonis terrenis. Aut
enī bonū ſequitur qđ nō aſſequitr ⁊ ſic nō habet requieʒ
aut bonū fugiens habet qđ retinere vellet ⁊ non valet
vnde non quieſcit: aut habet bonū ſibi inſufficiens: bo-
nū ſcilicet contēptibile vel minimū: vnde in eo nō quie-
ſcit: ſed ad maiꝰ bonū tēdit vel per multa bona diſcur-
rit. Bern. Ineſt hoī ratione vtenti naturaliter pro ſua
eſtimatione appetere potiora: ⁊ nullo eſſe contentū cui
illud quod deeſt iudicet preferendū. Idem. Anima ad
imaginē dei facta: ceteris occupari poteſt īpleri nō po-
teſt. Capacem dei quicquid deo minus eſt non imple-
bit. Unde eſt ꝙ naturali deſyderio homo ſummū appe-
tit bonū nullā niſi eo adepto requiē habiturus. ¶ Itē
aliquando habet bonum malo permixtum bonū noxi-
um ſibi quod poſſeſſuʒ onerat: et maiori bono impedi-
mentum preſtat: amatuʒ inquinat: amiſſibile vel amiſ-
ſum cruciat/ amiſſibile timore amiſſum dolore. ¶ Itē
aliquando bonum quod habet ab alio appetitur: et ſup
eo lis vel bellū mouetur. ¶ Rixa enī eſt inter competi-
tores iuxta verbum. Senece: ſcilicet inter illos qui idē
terrenum appetunt. Vera quies mentis eſt in deo qui
eſt ſummū bonū habens oēs conditiones nobiles boni.
Eſt etiam bonum honorabiliſſimum ſumme neceſſari-
um: vnū menti ſufficientiſſimum habenti ſuauiſſimum
quod non finitur. nec habenti tollitur: ideo mens in eo
quieſcit nichil vltra querens.

¶ De multiplici quiete mentis in deo. Cap. 2.

c Irca ſcđm notādū ꝙ multiplex eſt ꝗes mētis in
deo. vna pertinet ad vitā futurā: altera ad vitaʒ
preſentē. Et eſt facilis trāſitus ab vna quiete ad alterā
Iſa. 60. Erat ſabbatū ex ſabbato. Ex quiete mētis per-
tinente ad ſtatū gratie erit tranſitus ad quietē ꝑtinen-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tem ad ſtatum glorie. Quies vero pertinens ad vitā preſentem multiplex eſt. quedā eſt purgate mētis ſpei magnitudinem et dilectionis perfectionē habētis. De qua Bernar. ſuper canti. Eſt loc⁹ inter timorem et ſecuritatem medians ſpes: in quo ſuppoſito molli charitatis ſtratu mens ſuauiter requieſcit. Eteni cum mēs ipſa fortitudine pene ſeruiliter premitur parū habens de ſpe/de timore plurimum: non eſt pax neq̧ requies. quia timor penā habet. Ceterum ſi paulatim creſcente gratia ceperit deficere timor: et proficere ſpes cum demum ad hoc ventum fuerit vt perfecta charitas foras mittit timorem: nonne huiuſmodi anima ſingulariter in ſpe conſtituta videbitur hac in pace ī idipſum dormire et requieſcere. Menti perfecte deū timenti/ amāti/ et multū in eo ſperanti non deeſt oleum ſuauitatis ſcilicet letitie. Bern. loquens de vita btā. Non ſolū ipſa vita: ſed et promiſſio vite eterne et expectatio iuſtorum letitia eſt: et tanta letitia vt omne quod concupiſcitur ei non valet comparari. Idem. Sola ſpes apud te domine miſerationis obtinet locum: nec oleū miſericordie niſi in vaſe fiducie ponis. ¶ Alia eſt quies mentis in deum que paucorū eſt viroꝝ ſcꝫ contēplatiuorū: qui in vita cōtemplatiua profecerūt: qui ſibi eripiūtur et ad ſupna rapiuntur: et aquilino intuitu diuina contemplātes et celeſtem dulcedinē pregustantes habent quietem valde ſuauis tranquillitatis et arcē future beatitudinis.

¶ De octo que impediūt quietē mētis in deo. Cap. 3.

Circa tertiū notandū ꝙ octo ſūt q̄ qetē mētis in deo īpediunt. ¶ Primū eſt negociorū exteriorum multitudo. Unde dictū eſt marthe. Turbaris erga plurima. Luce. decio x. Exo 18. ait ietro ad moyſē. Stulto labore conſuceris vltra vires tuas eſt negociū. Gloſa. Auguſtinus. vbi videtur michi ſignificari nimis intentū humanis actibus animum deo quodammodo vacuari. ¶ Secundū eſt ſollicitudo mūdana. Iſa. 49.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Pre ſollicitudine quieſcere non potuit. ¶ Tertiũ eſt deſyderiũ terrenorũ. Eccl. 34. Quaſi qui apprehendit vmbrã et perſequit̃ ventũ: ſic qui attendit ad viſa mẽdacia. Grego. Quid quietius q̃ nihil in hoc mũdo appetere: q̃d laborioſi⁹ q̃ terrenis deſyderijs eſtuare. Hic eſt q̄ Iſrael ſabbatũ accepit in munere: egypt⁹ percutitur muſcarum multitudine. ¶ Quartũ eſt ſtimulus peccati. Nobilitas mentis naturaliter refugit ĩmundiciã peccati vnde mens cũ ea non quieſcit. Nõ eſt q̄es mentis iu ſpinis viciorũ. Non habet quietem aĩa preſſa onere peccatorũ. Nõ eſt quies mentis vbi eſt vermis ↄſcientie remordẽtis. Iſa. 57. Non eſt pax impijs dicit dominus deus. In eodem. Impij quaſi mare feruẽs q̃d quieſcere nõ poteſt. ¶ Quintum eſt timor mali trãſitorij ĩminentis. Non quieſcit qui malũ penale fugit q̃d aduenit. Sicut ſecuritas facit ad letitiã iuxta illđ Prouer. 15. Secura mens quaſi iuge conuiuium. Sic timiditas mali penalis facit ad triſtitiam. ¶ Sextũ eſt impatiẽtia mali penalis preſentis. Non quieſcunt qui ſuſtinent malum quod odiunt. Aliter eſt de illo qui malum penale intelligit eſſe bonum expediens ſibi quod a ſummo bono venit: et ad ſummum bonum ducit iuxta illud. Gregorij. Mala que nos hic premunt ad deũ nos ire compellunt. Et ideo nõ ſolũ patienter ſed etiã libenter et letanter illud accipit et ſuſtinet: tanq̃ donũ ſalubre a patre miſericordiarũ ſibi miſſum exẽplo illi⁹ qui dicit petro. Iohã. 18. Calicem quem dicit michi pater nõ vis vt bibam illum? In tali malum penale/ mẽtis quietem non impedit. ¶ Septimuꝫ eſt ĩmoderatus timor cadendi in peccatum: qui impedit ſpem ꝛ per cõſequens ſubuentionem et adiutorium diuinum. Sicut ſpem comitatur dei adiutorium et letitia: ſic eius coutrariũ defectus diuini adiutorij et moleſtia. Bern. Qñ in ſperãti deſit illa maieſtas: q̃ tã ſtudioſe hortat̃ ĩſe ſperari? Plane nõ derelinquet ſperantes in ſe adiuuabit ĩquit eos ꝛ liberabit eos. Quare? Quib⁹ me-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ritis: Quia ſperauerũt ĩ eo. Dulcis cauſa attamẽ efficax ꝛ irrefragabilis. ¶ Octauũ ẽ timoꝛ ĩmoderatus dãnationis qui ſpem gloꝛie impedit: que ſpes reges ẽ amicoꝝ in pꝛeſenti. Berñ. In ſpe viuimus ne deficiamus in tribulatiõe pꝛeſẽti: q̃ in expectatione ſum⁹ indefectibiliũ gaudioꝝ. Neqꝫ enĩ vana nobis expectatio vł dubia ſpes vr̃ ĩnixa etñe ꝓmiſſiõib⁹ veritatis.

¶ Incipit quarta pars / in qua agitur de his que faciunt quietem mentis in deo.

¶ Q; ſex ad dictam quietem diſponunt. Cap. 4.

Circa quartum notandum q̃ eadẽ via eſt ad quietem mentis in deo: que ad pacem. Unde illa que ſaluatoꝛ docet Math. 5. Diſponentia ad pacem pectoris: diſponunt etiã ad quietẽ mentis. Ad eundem enĩ ſtatum pertinent pax / ꝛ quies mentis. Cum enĩ mẽs naturaliter maluꝫ fugiat ꝛ bonũ appetat: quãdo malũ euaſit ꝛ bonũ optatum ſibi ſufficiens obtinuit / pacem ꝛ quietẽ habet. Pacẽ: qꝛ non habet repugnãs. Super Mat. 5. dicit gloſa. Uera pax ẽ vbi nichil repugnat. Quietem qꝛ habet bonũ quod optauit vltra quod nichil querit: vnde in eo quieſcit. ¶ Pꝛimum ergo diſponens ad pacem ꝛ quietẽ mentis eſt paupertas ſpũs: que eſt temperãtia concupiſcibilis reſpectu boni contemptibilis. Poſſeſſoꝛ ꝛ amatoꝛ terrenoꝛum nõ habet pacem pectoꝛis nec quietẽ mentis. Sonitus enĩ terroꝛis ſemper in auribus illius: ꝛ cũ pax ſit ille ſemꝑ inſidias ſuſpicał. Job. 15. Auarus etiam non implebitur pecunia. Eccł. 5. ¶ Secundũ eſt manſuetudo que eſt temperantia iraſcibilis reſpectu mali. Unde in pſal. dicitur de manſuetis. Delectabuntur in multitudine pacis. ¶ Tertiũ eſt gratia lugendi qua homo malum culpe diluit ꝛ malum pene ſalubꝛe eligit ꝛ diligit: ꝛ per ipſum malum culpe deſtruit. Et hec tria pertinent ad euacuationẽ mentis a bono minimo maioꝛis boni impeditiuo ꝛ a malo: quã euacuationẽ ſequitur veroꝛuꝫ bonoꝛum repletio. Poſtq̃ enim mẽs purgata eſt ꝛ ſa=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nata recte appetit: ⁊ recte afficitur. Unde vera bona diligit ⁊ malis ꝓximi cōpatitur. ⁊ per hoc in operibus actiue exercetur ⁊ ſic ad opera cōtēplatiue diſponit. Iſidorus in libro de ſūmo bono loquēs de vita actiua ait. Qui prius in hac vita proficit: bene ad contēplationē aſcendit. Gregorius. Qui ad arcem contemplationis aſcēdere deſyderat: prius neceſſe eſt vt in cāpo actiōis ſe exerceat. Prius ītroducta ē Lya ad Jacob ꝙ Rachel lȝ Jacob aliter ſperaret. Geñ. 29. ¶ Quartum eſt eſuries iuſtitie: ⁊ Quintū mīa. ¶ Sextū vero eſt mundicia cordis qua quis omnē inquinationē abhorret ⁊ fugit: ⁊ puritatē ſtudioſe ⁊ diligēter cuſtodit. Aliud enim eſt efficere/ aliud tenere puritatem vt ait Aug. Poſtꝙ homo habet cordis mundiciam intellectus eius velut ſpeculū terſum ⁊ politū ſuſceptibilis eſt ſuperne illuminationis: ⁊ affectus purgatus ⁊ ſanatus in preſentia ſummi boni ſuauiter quieſcit.

¶ De tribus que valent ad quietem mentis in deo.

a D quietem mentis in deo ſpecialiter valēt tria opera ad vitam contemplatiuā pertinentia: ſcȝ oratio/ lectio/ ⁊ meditatio. Hec tria amorem dei cui contēplatiua intendit nutriunt: ⁊ ad perfectionē perducunt. In libro de vita ſolitaria. Amorē dei in hoīe ex gratia genitū lectio lactat: meditatio paſcit/ oratio confortat ⁊ illuminat. De his per ordinem agetur. Et primo de oratione. Circa quam primo oſtendetur ꝙ ad quietem mentis in deo valeat. Secūdo cōmendabit: Deinde oſtendetur qñ ⁊ vbi/ ⁊ quomodo ſit orandum vltimo tangetur de ſpeciebus orationis. Cap. 5.

¶ Qꝫ orō ad quietē mentis in deo valeat.

c Irca pⁱmū notandū ꝙ orōe ſpūs ſctūs inuocat̄ q̄ intellectū ad diuina illuminat: ⁊ affectū in deū inflāmat. In pſal. Os meū aperui ⁊ attraxi ſpm̄. Intellectꝰ vero illūinatus quieſcit in pⁱma veritate: affectus inflāmatus ī ſūma bonitate. Itē cū ſcḋm Greg. opus qḋ agimus orōne preuenire debeamus maxime

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

opera excellentia oratione ſunt preueniēda: vt eſt diuinorum ſpeculatio ⁊ future dulcedinis pregustatio. Item cum ſummum bonum ſupra nos ſit non poteſt homo eo frui niſi ſupra ſe mentaliter aſcendat: ſupra ſe vero non poteſt aſcendere niſi per virtutem ſuperiorem eum eleuantem. Unde neceſſaria eſt ad hoc oratio qua auxilium diuinum imploretur ⁊ impetretur Ideo Pſal. Spiritus ſancti ſecretarius a deo in ſpeculatione diuinorū frequenter adiutus dicit. Beatus vir cuius eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit ⁊c. Secundum Johānem damaſcenū eſt aſcēſus ītellect⁹ ad deū. Intellec⁹ ſpeculatiuis ad deū aſcēdit cū a conſyderatione humanoꝝ defectuū ad conſyderationem boni ſufficientiſſimi ⁊ potentiſſimi ſupplere illos defectus trāſit. Qui vult orare primo defectus ſuos debet cōſyderare: deinde ad dei liberalitatem aſcendere que illos poteſt ſupplere. Intellect⁹ practicus aſcendit deſyderio ⁊ ſpe: ſperando ſcilicet deſyderium ſuū a dei liberalitate impleri. Oratione mens tranquillatur. Job. 8. Si diluculo conſurrexeris ad deum ⁊ omnipotentem fueris deprecatus ſi mundus ⁊ rectus inceſſeris ſtatim euigilabit ad te ⁊ pacatum reddet habitaculum iuſtitie tue. Conſolationes diuine in oratione dantur. Ecl. 35. Qui adorat deum in oblectatione ſuſcipietur. Luce 3. Jheſu orāte apertum eſt celum. Eiuſdem. 9. Aſcendit Jheſus in mōtē vt oraret. Et facta eſt duꝫ oraret ſpecies vultus eius altera ⁊ veſtitus eius albus ⁊ refulgens.

¶ De commēdatione orationis. Cap. 6.

S Equitur de cōmendatione orationis ad quam poſſe ſufficere videtur ꝙ ſaluator ad orandū tm̄ monuit: ⁊ circa orationem tam diligenter inſtruxit. Etiam ipſemet orationi frequenter intētus fuit. Ammonitiones ipſius ad orādū multas habemus in euāgelio Luce. 11. Petite ⁊ dabitur vobis. Eiuſdem. 21. Uigilate in omni tempore orātes. Mat. 26. Uigilate

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

⁊ orate. Johã. 16. Petite ⁊ accipietis. Apl'i etiã diui-
nitus edocti multũ mouebãt ad orandũ. Ro. 12. Orõ-
nibus inſtãtes. 1. ad Theſſa. vltio. Sine intermiſſiõe
orate. Jaco. 1. Si qs indiget ſapientia poſtulet a deo.
Eiuſdẽ. 5. Triſtaṫ aliqs veſtrũ oret. 1. Petri. 4. Vi-
gilate in orõibus. Circa orõnem ſaluator diligenter
inſtruxit. Vix eſt aliqd opus: ad quod ita diligẽter in-
ſtruxerit. Docuit eni quid orandũ/ quãdo/ ⁊ vbi/ ⁊ qua
neceſſitate/ ⁊ quo fine. Quid orãdũ. Math. 6. Primũ
q̃rite regnũ dei ⁊ iuſtitiã ei⁹. Jtẽ cũ dñicã orõnẽ do-
cuit. Eiuſdẽ. 6. ⁊ Luc. 11. Qñ orãdũ. Luce. 18. docebat
⁊ parabolã ad illos qm̃ opꝫ ſẽper orare ⁊ nõ deficere.
Vbi orandũ. Math. 6. Cũ oraueris intra in cubiculũ
tuũ: ⁊ clauſo oſtio ora patrẽ tuũ in abſcõdito. Qua ne-
ceſſitate orandũ. Luce. 22. Orate ne intretis in tenta-
tionẽ. Quo fine Math. 6. Cum oratis/ nõ eritis ſicut
ypocrite. Noluit ſaluator nos negligenter addiſcere:
qd adeo voluit diligẽter docere. Verecundũ eſt diſci-
pulis Chriſti ignorare: qd magiſter eoꝝ diligẽtiſſime
docuit: Jpſe ſaluator frequẽter orõni intẽtus fuit. De
eius orõne habes Math. 14. Dimiſſa turba aſcẽdit in
montẽ ſolus orare. Eiuſdẽ. 26. Sedete hic donec' va-
dam illuc ⁊ orẽ. Mat. 1. Diluculo valde ſurgẽs egreſ-
ſus abijt in deſertum locũ/ ibiq̃ꝫ orabat. Et luce. 6. Jn
illis diebus exijt in montẽ orare ⁊ erat pernoctans in
oratione dei. Eiuſdẽ. 22. Factus ĩ agonia plixius ora-
bat. Eiuſdẽ. 23. Pater dimitte illis. ⁊c. Johã. 12. Pr̃
ſaluifica me in hac hora. Jtẽ eiuſdẽ. 17. multũ habeṫ
de eius orõne. Apoſtoli etiã ab eo edocti multũ inſti-
terũt orõni. Actuũ. 1. Erãt oẽs perſeuerãtes in orõe.
Eiuſdẽ. 6. dixerũt apoſtoli. Nos orõni inſtantes eri-
mus. Legitur de Jacobo Alphei q̃ ex aſſiduitate orãdi
contraxerat in genibus ſuis duriciã cameloꝝ. Bar-
tholomeus cẽties in die ⁊ centies in nocte añ deũ ge-
nua flectebat. Verecũdũ ẽ diſcipulis Chriſti illd op⁹
raro facere qd magiſter eoꝝ tantũ frequẽtauit. Pau-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lus etiã nõ cõtẽtus ꝓprijs orõnib⁹ alios ꝓ ſe orare rogabat. Ro. 15. Obſecro vos fr̃es ꝑ dñm nr̃m Jheſum xp̃m ⁊ ꝑ charitatẽ ſctĩ ſpũs vt adiuuetis me ĩ orõnib⁹ veſtris ꝓ me ad deũ. Ipſe in orõnibus aliorũ multã ſpẽ habebat. Phil. 1. Scio ꝙ hoc michi ꝓueniet ad ſalutẽ ꝑ veſtrã orõnẽ. ¶ Itẽ ad cõmẽdationẽ orõnis facit ꝙ ipſa his qui ſunt in iſta valle miſerie valde eſt neceſſaria: deo ⁊ celeſti curie valde accepta / operatio ẽ oĩbus cõis valde nobilis ⁊ magne virtutis. ¶ Neceſſaria eſt valde ⁊ cõpetẽs loco in quo ſumus vbi pugnã habemus cũ eo de quo ſcriptũ eſt. Job. 41. Nõ eſt poteſtas ſuꝑ terrã q̃ cõparetur ei. Ideo frequẽter habem⁹ neceſſarie orando dei auxiliũ inuocare. Cũ ſimus in valle miſerie neceſſe habem⁹ ad dei miam orando frequenter recurrere. ¶ Tria ſolent eſſe cauſa clamãdi hoĩbus. ſ. ignis / aqua / ⁊ hoſtes. Hec tria quaſi ſingulis diebus incitare nos debent ⁊ ad deũ in oratione clamemus. Vix eſt dies in quo domus cõſcientie noſtre non ſuccẽdatur igne infernali. ſ. igne cõcupiſcẽtie male ⁊ praue. Vñ neceſſe habemus ad aquam diuine gratie ⁊ ad aquã lachrymarũ recurrere. Ignis iſte aliqñ cũ ex vna parte extinguitur: ex altera accẽditur. Ex ipa enim aqua lachrymarũ vñ extingui debuit qñꝙ vires ſumit: vt cũ aliquis vane gloriatur de hoc ꝙ pro pctĩs ſuis lachrymatur. ¶ Itẽ vix eſt dies in qua hoĩes non ſentiant fluctus malarũ cogitationũ ſuper caput cordis / vt ꝓpter hoc neceſſe habeãt clamare illud Math. 8. Dñe ſalua nos perimus. Vix eſt etiã dies in qua hoſtes ſuos nõ videãt ad portam caſtri ſui / vt cum verba mala in ore habent: vel fatuas mulieres vident. Valde grata eſt oratio deuota celeſti curie: quã quaſi quedam redolentia delectat iuxta illud Apo. 5. Habebãt phialas aureas plenas odoramentorũ q̃ ſunt orõnes ſanctorum. Operatio iſta omnibus cõis eſt: nullus ab ea poteſt ſe excuſare. Si dicaẽ alicui ꝙ det elemoſinã poteſt excuſare ſe cũ nõ ſemper habeat hõ argẽtum in



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

burſa. Si dicat alicui ꝙ ieiunet poteſt excuſare ſe: cū multi ꝓpter debilitatē capitis ieiunare nō poſſint. Sꝫ nō ſic eſt de orone: cū q̄libet poſſit hr̄e orōnē ſaltē mē talē etiam ſi ſit mutus. vnde Dauid. Apud me oratio. Et ſuper illō pſal. Juſtus autē miſeret̄ ⁊ tribuet/ dicit Glo. Semper eſt aliquid iuſto qō debet: ſaltē orōnez. Criſoſto. Solā orōnē quaſi tributum offert aīa deo de ſuis viſcerib⁹. Ualde nobile opus eſt orō. Multa ſunt opera q̄ aliquibus cederēt in dedecus vt arare vel fodere: ſed orare deū nulli quātūcūqꝫ nobili cedit ad dedecus/ qꝛ cū oramus ipſi cum deo loquimur quod ſine dubio honor eſt. Jſido. Qui vult cuꝫ deo frequenter eſſe: oret ⁊ legat. Nam cum oramus ipſi cuꝫ deo loquimur/ cū vero legimus deus nobiſcum loquitur. Ad nobilitatem huius operis facit ꝙ oratiōes noſtre ab angelis deo offeruntur: imo quod plus eſt Chriſtus qui inq̄tū homo eſt ſummus ſacerdos illas offert deo patri que preſentatio multum facit eas valere. Quomodo enim a deo contemneretur: quod a tanto mediatore ei preſentatur. Thobie. 12. Quando orabas cum lachrymis ego obtuli orationem tuam domino. Ad nobilitatem etiam ipſius facit: ꝙ ipa eſt reſpectu eius qō ſupra nos eſt. Unde dignior eſt q̄ꝫ ieiunium ⁊ elemoſina: que ſunt reſpectu eius quod eſt iuxta nos vel infra nos. Et ieiunium et elemoſina ſeruire videntur. Sunt enim due ale ipſius. Unde Jſidorus. Qui vult orationem volare ad dominum faciat illi duas alas ieiunium et elemoſynam. Magne virtutis eſt oratio: q̄ non ſolum poteſt in terra/ ſed etiam in celo. Greg. Magna virtus orationis que effuſa in terra: in celo operatur. Unde ſuper illud pſal. Jntret oratio mea in cōſpectu tuo dn̄e dicit Glo. Magna virtus pure orōnis hic notatur: que quaſi perſona quedā ad deū intrat ⁊ mandatū peragit quo caro ꝑuenire nequit. Bern̄. Eſt orō nuncius fideliſſimus notus regi ⁊ toti curie qui in ſecreto noctis ſilentio per occultas ſemitas: arcana celi pe-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

netrare ꝛ miſerabili ſupplicatione veri regis oīm fle=
ctere ꝛ laboꝛātibus opere ferre ſolitus eſt. Oꝛatio celū
claudit ꝛ aperit: vt patet in oꝛatione Helye. 2. regū. 18.
Et Jac. vltimo. Multū enī valet deprecatio iuſti aſſi
dua. Helyas homo erat ſimilis nobis paſſibilis ꝛ ora=
tione oꝛauit ꝛc. ¶ Oꝛatio in deū pōt. Ipſa eſt vt ſcutū
ab ira dei ꝓtegēs: ꝛ ire eius reſiſtēs. Sapie. 18. Pꝛo=
perans homo ſine querela depꝛecari ꝓ pplis ꝓferens
ſeruitutis ſue ſcutū oꝛationē: ꝛ per incēſuꝫ depꝛecatio=
nē allegās reſtitit ire. Hiere. 7. Noli oꝛare ꝓ ppło hoc|
nec aſſumas ꝓ eis laudē et orōnē et nō aſſiſtas michi.
¶ Orō quodāmō tenet deū. Exod. 32. Dimitte me vt
iraſcatur furoꝛ meus ꝯ eos. Iſa. 64. Nō eſt q̇ inuocet
nomē tuū q̇ cōſurgat ꝛ teneat te. ¶ Orō pōt in dyabo=
lum eū ſurgādo ꝛ cruciādo. Math. 17. ꝛ Math. 9. Hoc
genus demonioꝛū nō eijcit niſi per orōnē ꝛ ieiuniū. In
vita beati Bartholomei legitur ꝙ clamabat quidā de=
monio plenus. Bartholome apl̄e dei incendūt me orō=
nes tue. ¶ Orō in bello coꝛpoꝛali ꝛ in ſpūali triūphat
Exo. 17. Cū leuaret manus Moyſes iſrael vincebat.
Judic. 4. Memoꝛes eſtote Moyſi ſui dn̄i q̇ Amalech
nō ferro pugnādo: ſed pꝛecibus ſanctis oꝛādo deiecit.
Gloſa. Plus valet vnus ſanctus oꝛando: q̄ innumeri
peccatoꝛes pꝛeliando. ¶ Oꝛatio ſancti celum pene=
trat: quomodo hoſtes in terra non vincat. Iſidoꝛus.
Hoc eſt remedium eius qui vicioꝛum tentamentis
eſtuat vt quoties quolibet tangitur vicio toties ſe
ad oꝛationem ſubdat: qꝛ frequens oꝛatio vicioꝛū impu
gnationem extinguit. ¶ Oꝛatione ſanantur nō ſolum
moꝛbi coꝛpoꝛales ſed etiā ſpūales qd̓ maius eſt. Jaco.
vltimo. Infirmat̄ quis in vobis inducat pꝛeſbyteros
eccleſie et oꝛent ſuper eum ꝛc. Et ſi in peccatis eſt di=
mittentur ei. Hiero. Jeiunio ſanantur peſtes coꝛpoꝛis
oꝛatione peſtes mentis. ¶ Ultimum refugiuꝫ eſt orō.
Cū alia remedia deſunt: remediū orōnis nō deeſt eis.
Peralip. 20. Cum ignoꝛamus quid agere debeamus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hoc ſolū habem⁹ reſidui vt oculos noſtros ad te dirigamus. Uirtus orõnis valet oī tpe ⁊ oī loco ⁊ oīni ſtatu. Orare enī/ poſſumus ⁊ hyeme ⁊ eſtate ī ſereno ⁊ pluuiali tpe nocte ⁊ die feſtiuis diebus ⁊ nō feſtiuis. Jn infirmitate/ ⁊ ſanitate/ ⁊ iuuētute/ ⁊ in ſocietate/ ſtando et eundo in domo ⁊ extra domū. Multū eſt amandū tale officiū: qḋ nō recipit impedimētū. Bern. Oro vos fratres vt ſemper habeatis ad manū tutiſſimū orõnis refugiū. Nemo veſtrū paruipēdat orõnē ſuā: vt ipſe ad quē orat nō paruipēdat eā. Priuſq̄ exeat de ore vro ſcribi eā iubet in libro ſuo: ⁊ vnū ex duobus indubitāter ſperare poſſumus/ qḋ vel dabit qḋ petimus/ vel qḋ nobis videat vtilius. Nos enī qd oremus ſicut oportet neſcim⁹/ ſed miſeret̃ ille ſuper ignorātia nr̃a/ ⁊ orõnez benigne ſuſcipiēs quod oīno nobis eſt vtile: aut nō tā cito dare neceſſe eſt minime tribuit. Oratio tamē infructuoſa non erit/ quandoq̄dē de te tanta cura eſt deo tuo: vt quoties queris quod tibi inutile eſt non te audiat ſed mutet illud vtiliori dono.

¶ Quando ſit orandum. Cap. 7.

C Onſequēter oſtēdēdū eſt qn̄ orādū ſit. Oſtendit autē ipſa veritas: q̄ ſemp orare oporteat. Luce 18. Oportet ſemper orare ⁊ nō deficere. Jdē eiuſdē. 21. Uigilate oī tpe orātes. Jdē oſtēdit aplus. Sine intermiſſione orate. 1. ad theſſa. 5. Nō debet miles xpi ſcutū deponere: dū bellū durat. Bellū durat dum durat vita pñs: q̄ militia eſt vita hoīs ſup terrā. Job. 7. Dū durat periculū neceſſariū ē dei adiutoriū/ ⁊ ideo in orõne eſt inuocādū. Dū durat miſeria orādo īuocāda ē dei mia. Si fieri poſſet ſemp eſſet orandū. Sed q̄ alia negocia hoc nō permittūt/ premittēda eſt orõ operibus noſtris ⁊ etiā intermiſcenda. Hiero. ad paulinū. Jn principio cuiuſlibet operis premitte dñicā orationem/ ⁊ ſignum crucis in fronte. Jn libro de vita ſoli. Hauriendus eſt ſepe delectationis ſue affectus: ⁊ formanda oratio que lectionez interrumpat. Hiero. Orationi lectio: lectio-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ni oratio ſuccedat. Breue videbitur tempus quod tan-
tis temporum varietatibus occupatur magnam par-
tem fidelium vite oratio et gratiarum actio deberent
occupare. Oratio deberet precedere opera gratiarum
actio ſequi. Cum videntur mala in te vel in alio eſt orā
dum: cū videntur bona gratiaꝝ actio debet perſonare.
Uñ poſt illud. Sine intermiſſiōe orate. Subdit apl'us.
In oībus gratias agite. In libro de vita ſoli. Charitas
tot modis vel in oratione vel in gratiarum actione in
deū ſe iugiter infundit/ quod in ſuis vel neceſſitatibꝰ
vel cōſolationibus proximi etiam vel compationibus
vel cōgratulationibus cauſales ad hoc materias inue
nit pius affectus. Orationi precipue intendendum eſt
vel cū maior eſt neceſſitas vel maior oportunitas. Ma-
ior neceſſitas eſt vt cū aliquā gratiam a deo accepimus
tunc inſtandū eſt apud eū qui dedit vt eam nobis con-
ſeruet. Quia vt ait Grego. Cito bonum amittitur niſi
a largiente cuſtodiatur. Quāto aliquis plus habet qđ
poſſit admittere: tanto magis ſollicitus debet eſſe de
conſeruatione et pro ea orare. Ad inſinuādum hoc ſal-
uator poſt ſuſceptionem baptiſmi orōni ſe dedit. Luce
3. Item neceſſitas orandi eſt cum aliqua ardua opera
facturi ſumus: ideo dñs electurus apl'os oratione pre-
miſit. Luce. 6. Neceſſitas etiā orādi eſt alicui cū immi
net tribulatio vel ſibi vel proximo. Uñ dñs imminēte
paſſione ſua ter orauit. Math. 26. ⁊ orationē multum
protendit. Luce. 22. Factus ī agonia prolixius orabat.
et Math. 14. legitur ꝙ aſcendit in montē orare. Et in-
nuitur cauſa illius orōnis: cū ſubditur. Nauicula autē
in medio mari iactabatur fluctibus. ¶ Circa oportu-
nitatem orandi notandū ꝙ in libro de vita ſoli. oſten-
duntur tres hore multū oportune orationi his verbis.
Extra illas horas de quibus ait propheta. Septies in
die laudem dixi tibi ⁊c. matutinū ac veſpertinū ſacriſi
cium ac medie noctis maxime eſt obſeruandum. Non
enī fruſtra ait ꝓpheta. Mane aſtabo tibi ⁊ videbo ſcꝫ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

qꝛ tūc a curis ſecularib⁹ ſum⁹ ieiuni. Et dirigatur orõ mea ſicut incēſuꝫ in ꝯſpectu tuo eleuatio manuū meaꝝ ſacrificiū veſpertinū/ qꝛ tū ab huius mūdi īpedimētis iā quodāmō ſumus digeſti. Qui etiā ī nocturnis vigilijs nr̄is q̄bus media nocte ſurgim⁹ ad ꝯfitēdū noī tuo dñe: cōfeſſionis eiuſdē ordinē cōtexēs in die inquit tribulationis mee deū exquiſiui manib⁹ meis nocte corā eo. Et alibi. Media nocte ſurgebā ad cōfitēdū tibi Ad orandū mane monemur exēplo xp̄i. Math. 1. Diluculo valde ſurgēs Jheſus egreſſus abijt ī deſertū locū ibiq̄ꝫ orabat. Ad orādū veſpere. Math. 14. Ubi ſic legitur. Dimiſſa turba aſcendit in montē ſolus orare. Ueſpere autē facto: ſolus erat ibi. Ad orandū nocturno tēpoꝛ Luce. 6. Ubi legitur ꝙ erat ꝑnocans in oratione dei.

¶ De ſeptem horis canonicis. Cap. 8.

i Tem notādū ꝙ ſcd̄m ꝯſuetudinē aliquarū religionū octo ſunt hore canonice in quibus ſpecialiter laudi diuine et orōni vacandum eſt. ſ. matutine laudes que diuiſim ab alijs in principio auroꝛe ab eis dicūtur. Hāc diſtinctionē horarū tradit beatus Bñdictus in regula ſua oſtēdēs ſic faciēdū eē exēplo Dauid dicētis media nocte ſurgebā ad cōfitēdū tibi. et hoc q̄ꝫtū ad matutinas primas. Et iterū. Septies in die laudē dixi tibi: q̄ꝫtū ad alias ſeptē horas. Scd̄m vſū cōem ambe matutine ſimul dicūtur ⁊ ꝑtinēt ad vnā horā et ſic ſunt. 7. hore canonice in die naturali vna in nocte ⁊ ſex in die: his horis legūtur ſancti laudi diuine ⁊ orōni vacaſſe. vnde Dauid. Media nocte ſurgebā ꝛc. Ecce hora matutina. Jdē. Ueſpere et mane ⁊ meridie narrabo et annūciabo ꝛc. Ecce alie tres hore veſpere prima et ſexta. Jn tertia vero orabāt apoſtoli cū ſpm̄ ſctm̄ receperūt. Act. 2. Petrus vero et Johānes aſcēdebāt in tēplū ad horā orōnis nonā. Act. 3. ¶ Circa ſeptimam horā que dicitur cōpletoriū dicitur xp̄s oraſſe ad patrē in die cene. Johā. 17. Hore iſte inſignite ſunt q̄buſdaꝫ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

operibus excellentibus ad redemptionem noſtrā per-
tinētib⁹. Nocte nat⁹ eſt ſaluator prima hora diei ſurre
xit/et circa tertiā ſpm̄ ſctm̄ miſit circa ſextā celū aſcē-
dit/circa nonā mortuus eſt in cruce/circa vndecimā.i.
veſpere corpus ſuū ⁊ ſanguinē diſcipulis in ſacramen
to tradidit. Sex hore diei oſtendūtur nobis. Mat.20.
vbi legitur paterfamilias miſiſſe hos operarios primo
mane et tertia et ſexta ⁊ nona hora ſilr̄ vndecima/
id eſt veſpere. Duodecima vero hora ad mercedē vo-
cauit ſeruos qđ pertinet ad cōpletoriū. Et licet in oīb⁹
horis inſtandū ſit laudi diuine ⁊ orationi: tū ſpecialib⁹
in tribus.ſ.in matutinis prima et completorio.

¶ Q; valde laudabile eſt libenter ad matutinū
ſurgere. Cap.9.

Valde laudabile eſt ad matutinū ſurgere: vt de
nocte diuine laudi intēdere. Ad hoc monemur
exēplo ſanctorū aīaliū q nō habēt requiē die ac nocte
dicētia. Sctūs ſcūs ſctūs dn̄s deus omp̄s. Apoc.4.et
Iſa.62.dicitur de cuſtodibus. Tota die et nocte per-
petuo nō tacebūt laudare nomē dn̄i. Itē Trenorū.2.
Cōſurge.i.cū alijs ſurge lauda in nocte. Dauid occupa
tionibus regijs intētus nō dimittebat quin media no-
cte ſurgeret ad cōfitēdū dn̄o. Legit̄ Act.16.q̄ paul⁹ eſt
⁊ ſilas media nocte adorātes laudabāt dn̄m. Artifices
p̄ lucro tēporali et terreno laborātes magna parte no-
ctis vigilāt iuxta illđ Eccl̄.38. Oīs faber ⁊ architect⁹
noctē tanq̄ diē trāſigit. Vn̄ valde verecūdū eſt cū ali-
quis piger eſt ad nocturnas vigilias ſuſtinendas pro
eterna mercede. Refert Hieronym⁹ Demoſthenē di-
xiſſe ſe omnes artifices vigilijs preueniſſe. Ad vigili-
as incitat nos Paulus.2.ad Corinth. ſexto dicens:
in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut dei mini-
ſtros in vigilijs. Valde conueniens eſt vt nocturno tē-
pore qn̄ deum inhonorant mali boni deum glorificent
et laudēt. Tp̄s nocturnū oportunū eſt operib⁹ cōtem
platiue. ſm̄ illud pſal. In die mādauit dn̄s miſericordiā



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſuā ⁊ nocte cāticū eius. In nocte recipiūtur ꝯſolatiōes diuīe ſm illō. Job. 35. Qui dedit carmina ī nocte. Ad bñdicēdū deū ī nocte monet dauid dicēs. In noctib⁹ extollite man⁹ vrās in ſctā ⁊ bñdicite dñm. Daniel. 3. Benedicite noctes ⁊ dies dño. Ad ſanitatē etiā corporalem valere poteſt ꝙ aliquis ad matutinas ſurgit. Occaſio eſt enim vt natura purgetur.

¶ Q̄ꝫ valde reꝑhēſibile ē nō ſurgē ad ꝑimā. Cap. 10.

i Tem valde reprehēſibile eſt nō ſurgere ad primā cū aliquis ex pigritia prima hora diei laudi diuine et orationi nō intendit. Surgunt ſcelerati mane vt ſcelera ſua perpetrēt. ſcḋꝫ illud Job. 24. Mane primo conſurgit homicida. Item preueniunt aues ortū ſolis cantu ſuo. Valde ergo verecundū eſt ſeruis dei ſi pigritia eos detineat/ vt diuine laudi prima hora diei nō intendant. Ambro. de officijs. Quis xpianus non erubeſcat ſine pſalmorum modulatione diem tranſigere cum minutiſſime aues ortum dei preueniūt? Surgebat dauid ad dei laudē cū inſtrumētis muſicis in mane vñ dicebat. Exurge pſalteriū ⁊ cythara exurgā diluculo. Dicebat Iſa. 26. In precordijs meis mane vigilabo ad te. Saluator mane ibat ad locum orationis: vñ Johan. 8. Diluculo iterū venit in templum. Hora illa oportuna eſt deſtructioni viciorꝫ. Exo. 14. Iam aduenerat vigilia matutina ⁊ ecce reſpiciens dñs ſup caſtra egyptiorū interfecit exercitū eorū. ¶ Hora illa attendendū eſt ꝙ̄tū peccatū diſplicet deo: ⁊ quantuꝫ periculū ſit manere in eo. Dauid. Mane aſtabo tibi ⁊ videbo q̄m nō deus volens iniquitatem tu es. Hoc apparet ſi bene cōſyderentur propter peccatum inflicte. Item illa hora optima eſt diuine eruditioni. Prouer. 8. Qui mane vigilauerint ad me inuenient me dicit ſapientia. Iſa. 54. Mane exigit michi vt audiaꝫ aureꝫ quaſi magiſtruꝫ. Item hora iſta eſt oportuna exauditioni. Job. 8. Si diluculo conſurrexeris ad deū et oīpotentem deprecatus fueris ſtatim euigilabit ad te.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Eccl.39. Juſtus cor ſuū tradidit ad vigilandū diluculo et in ꝯſpectu altiſſimi depꝛecabit. Pſal. Mane exaudies vocē meā. Idē. Mane orō mea p̄ueniet te. Cōſueuerūt diuites elemoſinā dare paupi q̄ p̄mo eis mane occurrit Sapie.16. Opoꝛtet p̄uenire ſolē ad benedictionē tuā ꝛ ad oꝛtū lucꝫ te adoꝛare. Itē illa opoꝛtuna eſt ꝯtēplatio=ni. Exo.16. Mane videbitis glāz dn̄i. Illa hoꝛa dulce=do ſpūs ſcti īpetrat. Filij iſrael mane colligebāt māna. Exo.16. ¶ Qꝫ vtile ſit intereſſe completoꝛio. Cap.11.

i Tem multum cauendum eſt ſeruo dei qui eſt in religione: ne abſq̄ neceſſitate deſit completoꝛio. Hoꝛa illa trāſeundū eſt ab operibus actiue que habēt turbationem ſecundū illud dictū Marthe. Turbaris erga plurima: ad opera contēplatiue que habent pacē et tranquillitatem. Unde tunc cantatur illud. Nunc di=mittis ſeruū tuum dn̄e ſcd̄m verbum tuū in pace. Hic tranſitus gratus debet eſſe ſeruo dei: nec debet pꝛolon=gare que ſunt actiue et differre ꝛ diminuere que ſunt contemplatiue. In iſta hoꝛa dimittenda eſt collocutio hūana pꝛo locutione diuina. Hoꝛa iſta inchoandum eſt ſilētiū: qd̄ vir religioſus debet habere ī deſyderio. Aug⁹. Loquela ſit in neceſſitate: taciturnitas in iocū=ditate. Eccl.3. Tēpus tacēdi et tēpus loquēdi. ¶ Hac hoꝛa reuocādus eſt ſpiritus ab exterioꝛibus ad īterio=ra. Vn̄ in pꝛincipio cōpletoꝛij dicitur. Cōuerte nos de⁹ ſalutaris noſter ab exteriorib⁹ ſcꝫ ad interioꝛa. Sicut repꝛehenſibile eſt in viro religioſo ſine neceſſitate tē=poꝛe ꝯpletoꝛij ī villa moꝛari et tarde ad domū ſuā coꝛ=poꝛalē redire. Sic rep̄hēſibile eſt in eo ſpm̄ ipſi⁹ nimis tarde ad domū ſp̄ualē venire. ¶ Hac hoꝛa p̄parād⁹ eſt loc⁹ in q̄ ſpūs cū deo q̄eſcat ſcꝫ pax ꝛ trāq̄llitas. In pſal. Si dedero ſōnū oculis meis: et palpebꝛis meis doꝛmi=tationē. Et requiē tp̄ibus meis donec īueniā locū dn̄o: tabernaculū deo iacob. In pace fact⁹ eſt loc⁹ ei⁹. Re=pꝛehēſibilis eſt q̄ regi gl̄e negligit vel nimis differt le=ctū p̄parare. Sapiēt̄ ſedꝫ h̄re vir religioſ⁹ hoꝛa iſta q̄ ē

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſignis diei. T ſic eni corrigēda ſunt ſi qua in die inſipiē-
ter facta ſunt. Reprehēſibilis eſt ſpecialiter inſipiētia
in fine diei ſicut et in fine vite que multū periculoſa eſt.
Vñ Hiere. 17. de hac inſipia auari ſpecialiter loquiť di-
cens. In nouiſſimo ſuo erit inſipiēs. Seruus dei ī fine
diei debet cogitare de fine vite ſue qui ſibi iunct⁹ eſt.
Forſitā finis diei erit finis vite qꝛ in nocte mori poterit.
Ideo debet videre an ad finē vite ſue ſit parat⁹ ad quē
ſemꝑ paratus dꝫ eſſe ſcḿ illud luce. 12. Eſtote parati qꝛ
qua hora nō putatis fili⁹ hoīs veniet. Scđꝫ aug⁹. ſi de⁹
promittat hoī pctōꝝ remiſſionē: nō tñ ꝓmittit ei craſti-
nū diē. In iſta hora dꝫ ſe ſeruus dei premunire cōtra
inſultus dyaboli. Vñ añ cōpletoriū legitur illud. Vigi-
late qꝛ aduerſari⁹ vr̄ dyabolus tāq̄ leo rugiens circuit
q̄rens quē deuoret. Et in fine cōpletorij dr̄ in oratiōe.
Viſita q̄s dn̄e habitationē iſtam et oēs inſidias inimici
ab ea lōge repelle. Dyabol⁹ de nocte ſeruos dei acrius
īpugnat. Aliq̄ etiā ſpecialia fiūt in cōpletorio: q̄ ad cu-
ſtodiā ſeruorū dei vallent. Tunc eni recipiť ſpiritualis
patris bn̄dictio: q̄ ad ꝯſeruationē valet. Eccl. 3. Bn̄di-
ctio p̄ris firmat domos filiorū. Fit aq̄ bn̄dicte aſperſio:
que hoſtes īuiſibiles fugat. Et in aliquib⁹ religiōib⁹ fit
ſolēnis recōmēdatio fratrū beate virgini. In quadam
religiōe videbat q̄dā vir religioſ⁹ q̄ñ fr̄es dicebāt. Eya
ergo aduocata nr̄a beatā virginē flexis genib⁹ recōmē
dantē filio ſuo ordinē. Qui iordinate remanet de cōple-
torio frequenter amittit ſecretas orōes que poſt cōple-
toriū fieri ſolent: ⁊ vix ante dormitionē hꝫ cōſciētiā pa-
ratā vt tātā habeat fiduciā ī orōne ad deū quātā habu-
iſſet ſi cōpletorio interfuiſſet. Fiducia multū valet ad ī-
petrādū in orōe/ defectus vero fiducie multū īpedit ef-
fectū orōis. ¶ Qñ aliqđ caſtrū hꝫ guerrā ⁊ hoſtes ꝓpi-
qui ſunt de die claudūť porte: et multū periculoſa eſſet
dilatio clauſionis. Cū ergo cōtinue in guerra ſimus/ ⁊
hoſtes inuiſibiles ſint propiqui porta oris tēpore opor-
tuno eſt claudēda: ⁊ hora cōpletorij ceſſandū eſt ab om-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nicollocutiōe humana. Job. 40. Memēto belli nec vl=
tra addas loq̄. Ex hoc ꝙ aliq̄s iordinate deest cōpleto=
rio ſeq̄ ſolet et cōuēt⁹ iquietatio et ſcandalū/ et vtrūq̄
multū eſt timendū. Primū patet ex verbis. Grego. ex
dyabolo dicētis. Cū vir ſāct⁹ ad iraſcēdū trahit/ quis
alius ad iraſcēdū niſi ei⁹ inhabitator excitatur. Scdm
patet ex v̄bo dn̄i dicētis. Math. 18. Qui ſcādalizaue=
rit ex his puſillis qui ī me credunt/ expedit ei vt ſuſpē=
dat mola aſinaria ī collo eius/ ꝛ demergat ī pfūdū ma=
ris. Et ſi ita eſt de ſcādalo vni⁹/ q̄d erit de ſcādalo con=
uēt⁹. ¶ Q; religioſi debēt āpli⁹ orare ꝙ alij. Cap. 12.

i Tem notandū ꝙ licet oēs freq̄nter debeāt orōni
intendere tn̄ religioſi āplius/ iuxta illō qd̄ legit
Actuū. 19. Cornelius vir religioſ⁹ dep̄cans deū. Semp
habent religioſi et magnā orādi neceſſitatē/ et magnā
oportunitatem. Magnā neceſſitatē/ quia vehementi⁹
tentatur/ ideo vigilare et orare debent ne per conſenſū
intrent in tentationem. Itē maiora bona habent/ ideo
largitorem debent rogare pro eorū cuſtodia. Cito eni
amitterentur/ niſi ab eo cuſtodirentur. Item arduū eſt
valde quod habent facere ſcilicet ſemitā tenere/ ꝛ vſq̄
ad mortem in ea perſeuerare. Difficilius eſt tenere ſe=
mitā ꝙ viam publicam. Unde viro religioſo multū eſt
neceſſarium dei adiutorium/ et frequenter in oratione
implorandum. Frequēter debet dicere illud pſal. Per=
fice greſſus meos in ſemitis tuis/ vt non moueātur ve=
ſtigia mea. Preterea religioſus qui non habet propriū
corporales elemoſinas non poteſt facere ſicut diues.
Ideo ſicuti diues non poteſt multum orare/ elemoſinis
hoc recompenſat/ ſic religioſus defectus elemoſinaruꝫ
corporalium orationibus dꝫ recōpenſare vt ſic impleat
illud. Luce. 6. Oī petētite tribue. Item de elemoſinis
viuūt religioſi et orōes eorū multum valēt/ ꝛ in ſuffra=
gijs eoꝝ magna fiducia habet/ ideo oportet eos multū
orare in eis homines deprecantes. Itē habent magnaꝫ
oportunitatē orandi: quia negocijs ſecularibus magis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſũt expediti: ⁊ ꝓpter loci cõgruitatẽ et propter ſanctã ſocietatem. ¶ Ubi ſit orandũ. Cap. 13.

c Onſequenter videdũ eſt vbi ſit oradũ. Notãdũ ergo ꝙ vbiqꝫ eſt orandũ: q2 vbiqꝫ eſt periculũ et vbiqꝫ dei auxiliũ ẽ neceſſariũ. Sapie. 14. Creature dei in odiũ facte ſunt et in tentationẽ aie hoim ⁊ in muſcipulã pedibus inſipientiũ. 1. ad Thi. 2. Uolo viros orare in oĩ loco leuãtes puras man⁹. Specialiter loc⁹ ſecretus eſt loc⁹ idone⁹ ad orãdũ. Iſidorus de ſum. bo. Oro ꝑuatis locis opportunius fundit. Math. 6. Cũ oraueris intra ĩ cubiculũ tuũ. Bern̄. Orare volẽtes iubemur intrare cubiculũ ſecretũ. Id q̇dẽ grã ad cautelã: ne corã hoib⁹ orãtib⁹ laus hũana orõnis furet fruct⁹ furet effectũ. Ad orãdũ ſecreto mõemur xp̄i exẽplo q̄ dimiſſa turba aſcẽdit in montẽ ſol⁹ orare. Math. 14. Et Math. 1. dicit ꝙ abijt ĩ deſertũ locũ ibiqꝫ orabat. Et legit Luce. 22. ꝙ auulſus eſt a diſcipulis ſuis q̄ntũ iact⁹ eſt lapidis et poſitis genib⁹ orabat. Item loc⁹ idoneus ad orãdũ eſt tẽplũ matiale dedicatũ. 3. regũ. 9. Sãctificaui domũ hãc. ⁊c. ⁊ erũt oculi mei ⁊ cor meũ ibi cũctis diebus. 2. Paralip. 7. Oculi mei erũt aperti et aures mee erecte ad orationẽ ei⁹ qui orauerit in loco iſto.

¶ Quomodo ſit orandum. Cap. 14.

c Onſequenter oſtendendum eſt quomodo ſit orandum. Circa quod notãdum ꝙ qui vult orare primo preparationi animi debet intendere. Eccl. 18. Añ orationẽ prepara aĩam tuam. Preparatio multũ valet ad hoc ꝙ oratio exaudiatur. Pſal. Preparationeꝫ cordis eorũ audiuit auris tua. ¶ Ad preparationem tria pertinent. ſcilicet cordis reuocatio / puritatis prouiſio et attentio. Reuocare debet cor ſuũ qui vult orare. 2. regũ. 7. ait Dauid. Inuenit ſeru⁹ tu⁹ cor ſuũ vt oraret te. Si cor deſit nõ ẽ vbi grã poſſit infũdi vñ ridiculoſa eſt petitio. Bern̄. Oẽs cauſamur nobis grãm deeſſe: ſꝫ iuſtius grã ipſa ꝯquerit nõnullos ſibi deeſſe. Poti⁹ orãdũ eſt corde q̄ ore. 1. regũ. 1. Anna loq̄bat ĩ corde ſuo:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ꝛ vox illius penitus nõ audiebat. Prouidenda eſt puritas cordis: ad quã multũ valet ꝯpunctio. 3. regũ. 8. Si quis cognouerit plagã cordis ſui ꝛ extenderit manus ſuas in domo hac: tu exaudies in celo. Iſidorus. Peccatoꝝ recordatio merorẽ gignit: luctus vero mẽtẽ puriorẽ reddit. Idẽ cũ deo aſſiſtimꝰ gemere ꝛ flere debemus reminiſcẽtes ꝙ grauia ſũt q̃ ꝯmiſimus: ꝛ ꝙ dura ſunt inferni ſupplicia q̃ timemus. Dicebat q̇daꝫ ꝙ latrones ꝛ trutãni docuerũt eũ orare. Latro attendẽs quid fecit ꝛ qđ ſibi tormentũ paratũ: ſic inter duo hec cũ multis lachrymis miam petit. Trutãni vero q̃ eis ſana ſunt abſcondũt/ ꝛ q̃ ſunt in eis miſerabiliora ĩprobiſſime oñdũt/ vt magnitudo miſerie ad miſerãdũ excitet. Multũ valet puritas cordis ad hoc vt orõ exaudiat. Aug. Mũda cubiculũ cordis: ꝛ itus ẽ q̃ exaudiat. Et ſup illđ pſal. Iniq̃tatẽ ſi aſpexi ĩ corde meo nõ exaudiet dñs: dicit Gloſa. Puritas orõnis audit.

¶ Attentũ etiã opꝫ eſſe aiꝫ. In libro de vita ſolita. dr de ꝓficiente. Ammonẽdus eſt quãta pōt puritate cordis intẽdere in eũ cui ſacrificiũ orõnis offert ſeipſum intẽdere q̃ offert intelligere quid offert. Quãtũ enim videt vel intelligit ille cui offert: tñ ei in affectu eſt. Scđꝫ ligna ſylue ſit exardeſcet ignis. Eccl. 28. Aug. Dignior ſequit effectus: quẽ feruẽtior ꝑcedit affectꝰ. Bern. Nõnullos arbitror experiri interdũ in oratione quãdam mentis ariditatẽ ꝛ hebetudinẽ vt ſolum orãtes labijs non ſatis attendant quid vel cui loquantur: pro eo ꝙ ex quadam cõſuetudine minus digna reuerentia acceſſerũt. In cũctis igitur actibus noſtris multa opus eſt animi vigilãtia: ſed precipue in oratione. Licet eni ſemper a deo videamur: in oratione tñ ei ꝑſentamur ꝛ oſtẽdimus nos quaſi facie ad faciẽ cũ deo loquẽtes. Et ꝗuis vbiqꝫ ſic deus in celo tñ orãdus ẽ: ibiqꝫ orõnis tp̃e cogitãdus. Sic ergo oportet vt ſe habeat q̇cũqꝫ orat: tanqꝫ ꝑſentatus dño maieſtatis. Aio ad orandũ ꝑparato orandũ eſt cum magnitudine de-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſyderij. Deut. 4. Cũ q̄ſieris dñm deũ tuũ īuenies eũ: ſi tamē toto corde queſieris. Hiere. 29. Cũ queſieritis me in toto corde veſtro īueniar a vobis. Magnitudo deſyderij clamor eſt quem dñs exaudit. De q̄ clamore Exo. 14. Quid clamas ad me/ ait dñs ad moyſen. Et Daniel. 13. Exclamauit voce magna Suſanna. Ber. In dei auribus deſyderiũ vehemēs clamor magnus/ remiſſa intētio vox ſubmiſſa. Ad cordis ei vocē potiꝰ q̄ꝫ corporis aures eius. Grego. in mora. Eternā vitā ſi ore petimus/ nec tamē corde deſyderamꝰ clamātes tacemus. In pſal. Tacui cũ clamarē tota die. Dilatatio deſyderij eſt q̄ſi p̄paratio cordis/ vt ſit capax eius qđ petit. Aug. Cur petere/ q̄rere/ pulſare nos ꝯpellit/ qui nouit q̄d nobis neceſſariũ priuſq̄ꝫ petamus/ niſi q̄r voluit exerceri noſtrũ deſyderiũ ī orōibus q̄ poſſimus capere qđ p̄parat dare? Idē Aug. Si aliquādo domiꝰ tardius dat: ꝯmēdat dona non negat. Diu deſyderata dulcius obtinētur / cito aũt data vileſcunt. Seruat ſibi deus quod non vult cito dare/ vt ꝛ tu diſcas magna magne deſyderare. Itē orandũ ē cũ lachrymis ꝛ gemitu. Exo. 20. Audiuit gemitũ eoꝝ. 1. regũ. 1. Cum eſſet anna amaro aīo orauit dñm flens largit'. Pſal. Auribꝰ percipe lachrymas meas. glo. Que lachryme violēte ſunt in p̄cibus. Eccl. 35. Nō deſpiciet p̄ces pupilli nec viduā ſi effundat loquelā gemitus. Et ſubdit. A maxilla aſcēdũt vſq̄ ad celũ. Iſa. 38. Audiui orōnē tuā et vidi lachrymas tuas. Oſee. 12 dr̄ de Iacob luctātē cũ angelo. Fleuit ꝛ rogauit eũ. Et Iudith. 8. Indulgētiā illius fuſis lachrymis poſtulemus. Hebreo. 5. Preces ſupplicatiōeſq̄ cum clamore valido et lachrymis offerens: exauditus ē pro ſua reuerētia. ¶ Hūilitas etiā multũ valet in orōne. Eccl. 35. Oratio humiliantis ſe nubes penetrat. pſal. Reſpexit in orōnē humiliũ ꝛ nō ſpreuit preces eoꝝ. Iudith. 9 Humiliũ ꝛ māſuetorum ſemꝑ placuit tibi dep̄catio. Hūilitate obtinuit chananea a xp̄o quod voluit catello ſe ꝯparās cũ dñs eā cani cōparaſſet. Mat. 15. ꝛ Mat. 7. habetur ꝙ Chriſtus ei

(Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dixit. Propter hunc ſermonē exiuit demoniū de filia tua. ⁊ Math. 1. poſt illud verbū humile Centurionis Domine nō ſum dignus vt intres ſub tectum meū: dictum eſt ei a Chriſto. Sicut credidiſti fiat tibi Item Luce. 15. Poſtꝙ filius prodigus dixit. Nō ſum dignus vocari filius tuus: pater occurrens cecidit ſuper collū eius. ¶ Fiducia etiam multum valet in oratione. In pſal. Miſerere mei quoniam in te cōfidit anima mea. Voluit dominus orantes attendere eū qui oratur patrē eſſe: vt maiorē fiduciā hēret ipetrādi. Luce. 11. Cū oratis dicite. Pr̄ nr̄. In eod. Si vos cū ſitis mali: noſtis bona data dare filijs vr̄is / ꝗto magis pr̄ vr̄ celeſtis dabit ſpm̄ bonū petētib⁹ ſe. ¶ Itē pſeuerātia mltū vꝫ i orōne / vt oſtēdit dn̄s. Luce. 11. exēplo amici qui panes neceſſarios accōmodauit iprobitate amici deprecantis deuictus. Et exēplo iudicis iniqui deū non timētis ⁊ hoīes nō reuerētis / q̄ iprobitate vidue vict⁹ vindictā fecit ei de aduerſario ipſius. Luce. 18. Apl'i perſeuerātes in orōne ſpm̄ ſanctū receperūt. Actuū. 1. Pſal. Bn̄dictus deus qui nō amouit orationē meā: ⁊ mīam ſuam a me. Aug. Si nō eſt amota oratio ſecurus eſto ꝙ nec mīa. Multū etiā valet ad hoc ꝙ oratio alicuius exaudiatur / ſi mādata dei ab ipſo impleātur. Iſidorus. Si qd̄ deus precepit facimus / id qd̄ petim⁹ ſine dubio obtinemus. 1. Iohā. 3. Si cor noſtrū nō reprehenderit fiduciam habemus ad deū / ⁊ quicqd petierimus accipiemus ab eo qm̄ mādata eius cuſtodimus / ⁊ ea q̄ ſunt placita corā eo facimus. Aug. in libro de ope monachoꝝ. Citi⁹ exaudit vna orō obediētis: ꝙ decē milia ꝯtēptoris. Opꝫ ꝙ opatio orōnē iuuet / ad qd̄ inſinuādū orōtes manus in orāne leuare monent. Trenoꝝ. 3. Leuemus corda noſtra cum manibus ad dn̄m. pſal. Eleuatio manuū meaꝝ ſacrificiū veſptinū qd̄ erat digni⁹. Moyſes orōib⁹ pugnās ꝯtra amalech hēbat man⁹ leuatas ad dn̄ꝫ. exo. 17. ad thi. 2. Volo viros orare i oī loco leuātes puras ma⁹. ſpāſr iuuat orō

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nem impletio mādatoꝝ ad miam ꝑtinētiū: vt dare ele=
moſynā vel remittere peccāti in ſe. Eccl'.29. Cōclude
elemoſynam in corde pauperis: ⁊ hec exorabit pro te.
Iſa.58. Frāge eſurienti panē tuū.⁊c. Tūc inuocabis
⁊ ipſe exaudiet. Eccl'.28. Relinq̄ ꝓximo tuo nocēti: et
tūc deprecāti tibi pctā ſoluētur. Math.11. Cū ſtabitis
ad orandū dimittite ſi q̄d habetis aduerſus aliquē vt
et pater veſter q̄ in celis ē dimittat vobis pctā veſtra.
Trāſgreſſio vero mādatoꝝ multū īpedit orōnē. Pro=
uer.28. Qui declinat aures ſuas ne audiat legē orō
eius erit execrabilis. Eccl'.34. Unus orās ⁊ vnus ma=
ledicēs: cuius vocē exaudiet deus. Qui deū offendit
quaſi ſibi maledicit: q2 ſibi malū ꝓcurat. Iſa.1. Cum
multiplicaueritis orōnē nō exaudiā. Man9 eni veſtre
ſanguine plene ſunt. Immiſericordia etiā multū īpe=
dit orōnē. Prouer.21. Qui obturat aurē ſuam ad cla=
morem pauperis: ⁊ ipſe clamabit ⁊ non exaudietur.

¶ De ſpeciebus orationis. Cap.15.

s Equit̄ de ſpēbus oratiōis. Notandū ergo q̄ orō
diuidi pōt ī orationē fructuoſā ⁊ infructuoſam.
Ber. oſ̄dit q̄ oratio ſit fructuoſa his ṽbis. Oratio quā=
to efficacior ē ſi fiat vt debet: tāto callidius īpediri ſo=
let q̄nq; a puſillanimitate ſpūs ⁊ timore īmoderato:
q̄ñ ſic cogitat homo indignitatē ſuā vt non conuertat
oculos ad dei benignitatē. Sed ſicut periculum eſt ſi
fuerit oratio timida: ſic īmo grauius ē ſi fuerit teme=
raria / vt is in cuius ↄſcīa pctm̄ adhuc regnat ambulet
in magnis ⁊ mirabilibus ſuper ſe. ¶ Tertiū quoq; pe=
riculū ē ſi fuerit tepida ⁊ nō ex viua affectiōe ꝓcedēs.
Timida celū nō penetrat īmoderato timore cōſtricta.
Tepida in aſcenſu langueſcit eo q̄ nō habeat vigorē:
temeraria ſiquidē aſcendit ſed reſilit. Reſiſtit̄ enim ei/
nec tm̄ nō obtinet gratiā ſed meretur offenſam. Q3 ſi
fidelis humilis ⁊ feruens fuerit celos penetrabit ⁊ cer
tum eſt q̄ vacua redire non poſſit. Item Bern̄. oſten=
dit diuerſas ſpecies orationis his ṽbis. Quatuor ini=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hī videt modos orãdi apl's dicere. Volo pͥo fieri obſe cratiões/orones/poſtulationes/grarū actiões. Sunt eni quos adhuc pcti ↄſcia terret et cruciat quos in ſce no pcti iacētes ſpūs veritatis irradians excitat erube ſcere faciēs ⁊ timere gehēne incēdiū ꝑpter immanita tē criminū ⁊ defectū meritoꝝ. Dūqȝ timēt ante deū va cui apparere nō audētes ꝑ ſe accedere ſtudent/ꝑ alios ſupplicare vt dicim⁹. Sctē petre ora ꝓ nobis: ⁊ hmōi. Maxime aūt illud eſt obſecratio manifeſta ꝑ paſſionē tuā libera nos dñe. Alius vero accepta cōtinēdi virtu te ſecurus accedit veniā querēs de pteritis. Et aūt oro qſi oris rō: qꝛ iā ore ſuo loqtur cū deo ſuo. Qȝ ſi miaȝ ſuā ↄſecutus es ꝑſeuerās in lamētis penitētie accepta fiducia indulgētie accede iā ad poſtulationes: vt ſecu re tāqȝ recept⁹ in grāȝ dñi tibi et cōſeruis tuis audeas petere qđ oportet. Tū caue ne aut poſtules nō poſtulā da aut ea tepide queras q̄ toto ſunt affectu ⁊ oī deſyde rio poſtulanda. Porro ad quartū orōnis gen⁹ qđ eſt grarū actio paucos attingere credo: qđ quāto rarius tāto pcioſi⁹. Multā eni grām iuenit apud deū q̄ exau dit qñqȝ anteqȝ inuocet/⁊ teſtimoniū ꝑhibet ſpūi hoīs ſpūs quē hȝ a deo qm̄ exauditū eſt deſyderiū eius ita vt cert⁹ iā nō orare ſȝ grās agere poſſit. Prima igitur q̄ eſt obſecratio verecūdo fiat affectu: ſcđa q̄ ꝑprie di citur orō puro affectu. Tertia. ſ. poſtulatio cū ampla fi ducie latitudine. Nā quarta deuotione dȝ eſſe plena ⁊ delicijs affluēs. ¶ Itē notādū ꝙ qtuor ſpecies orōnis prius noīate quas tāgit apl'us. i. ad Thi. 2. determinā tur in libro de vita ſolitaria his verbis. Poſtulatio eſt circa obtinēda tēporalia ⁊ neceſſaria vite huius in q̄ deus approbans bonā volūtatē facit tñ qđ meli⁹ iudi cat/ et dat libenter ſe his qui poſtulāt ad poſtulationē pertinet petere tranquillitatem pacis/ſanitatē corpo ris/tēperiem aeris et ſimilia. Obſecratio eſt in exer citijs ſpūalibus anxia ad deum inſtantia. Orō eſt hoīs deo adherētis affectio ⁊ familiaris qdā ⁊ pia locutio.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Gratiarū actio eſt intellectu et cognitione grē reflectio ⁊ bone volūtatis indeficiēs intētio. In poſtulationibus pie ac fideliter eſt orandū ſed nō eſt illis ptinaciter inherendū: qꝛ nos neſcimus ſed Pater noſter qui in celis eſt: ſic quid in temporalibus iſtis neceſſe eſt nobis. Obſecrationibus inſiſtendū eſt ſed in omni humilitate et patientia: qꝛ nō afferunt fructum niſi in patientia. In eodem libro. Nonnunꝗ̄ ſine labore petens accipit / querens inuenit / et pulſanti aperitur / et conſolationes ac ſuauitates orationis inuenire tandē meretur labor obſecrationis. Nōnunꝗ̄ pure orationis affect⁹ et bōa illi⁹ affectiōis ſuauitas nō iuenit: ſ ʒ iuenit eū petētem et quaſi neſcientem gratia preuenit: ⁊ tanꝗ̄ genus ſeruorū ſuſcipitur in menſa filiorum: cuʒ rudis ⁊ adhuc inſipiēs animus in eo aſſumitur orandi affectum qui pro merito ſanctitatis reddi ſolet meritis perfectorū: qđ cū ſic nō agitur vt nichil in deū ſuū negligenti non liceat neſcire quid negligat / et vt prouocatio charitatis amorē in eo gratie vltro ſe offerentis accendat. In quo prohdolor multi falluntur: qꝛ cū paſcuntur pane filiorū iā ſe eſſe filios arbitrantur / ⁊ deficientes vn̄ ꝓficere debuerāt ex viſitāte gratia euaneſcunt a cōſcientia ſua arbitrantes ſe aliquid eſſe cū nichil ſint. ¶ Itē notandū ꝙ oratio diuidi poteſt ſm̄ ea que in ipſa petuntur: q̄ Bern̄. Determinat his verbis. Petitiones cordis in trib⁹ conſiſtūt preter q̄ nō video ꝙ electus quiſꝗ̄ ſibi debeat poſtulare: bona. ſ. corporis et bona anime in preſenti et vitā eternā. Nec mireris qꝛ bona corporis a deo eſſe querenda dixi: qꝛ eius ſunt corporalia oīa ſicut ſpūalia. Ab eo ꝫ petendū et ſperandū eſt nobis / vn̄ poſſimus in eo ſeruitio ſuſtentari cū pro neceſſitatibus aīe frequētius ſit orandū et ꝓ vita eterna vbi ⁊ corporis ⁊ aīe plena et pfecta eſt beatitudo. Et nota ꝙ in prima petitione ſolet eſſe ſuperfluitas: ⁊ in ſcđa puritas: ⁊ elatio in tertia. Solēt enīʒ queri tēporalia ad ſuperfluitatē. virtutes ad oſtētatio-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nē: ⁊ vita eterna ī humilitate ſed in cōfidētia meritoꝝ. Nec hoc dico quin accepta grā fiduciā det moderādi/ ſed nō oportet vt in ea quis fiduciā cōſtituat impetrā di hoc ſolū cōferūt: prima dona vt ab illa miaꝗ̄ hec dedit ſperemꝰ etiā ampliora. Et notandū ꝙ viris perfectis ꝗ̄ habēt iuſtitiā regni in re ⁊ regnū incerta ſpe nō eſt neceſſe tēporalia querere. In ipis eni ſpūs dat teſtimoniū ſpūi eorū ꝙ ſunt filij dei: filijs vero debeť ꝓuiſio. Uñ ſup illud Mat. 6. Hec oia adijciētur vobis/ dicit glo. qꝛ oīa ſunt filiorū ⁊ ideo hec oīa adijcieť etiā nō querētibꝰ ꝗ̄bus ſi ſubſtrahātur ad ꝓbationē ſit ac ſi dentur ad gratiarū actionē. Quō tēporalia querenda ſint oſtēdit gloſa Aug. ſup illud. 2. ad Cor. 12. Uirtus in infirmitate perficitur his verbis. Cū illa ꝗ̄ deꝰ laudat ⁊ ꝓmittit ab eo petitis ſecuri petite. Illa eni ꝓpicio deo cōcedūtur. Qui aūt tēporalia petitis cū modo petite ⁊ cū timore illi cōmittite vt ſi proſint det: ſi ſcit obeſſe non det. Quid eni proſit vel obſit medicus nouit nō egrotꝰ. Itē que petēda ſunt oſtēdūtur in orōne dñica: de qua Iſidorꝰ. in libro de ſummo bono. Fidei ſymbolū ⁊ dñica orō pro tota lege paruulis eccľie ad celorum regna ſufficit capeſcenda. Oīs eni latitudo ſcripturarū in eadem oratione dñica et ſymboli breuitate concluditur. Cuius orationis explanatio propter minus intelligentes ſubiungitur.

¶ Capitulū nonum in quo dñica oratio explanatur.

e T notandū ꝙ quinqꝫ ſunt a quibꝰ dñica orō cōmēdabilis eſt. ¶ Primū eſt autoris dignitas: qꝛ ipſe deꝰ ꝯpoſuit eā. Uñ ei cōuenit illud Eccľ. 24. Ego ex ore altiſſimi prodij. ¶ Scōm eſt breuitas. Uñ glo. Bede. Orationē compoſuit breuibus verbis/ vt cito fiducia cito annuendi qđ breuiter vult rogari. ¶ Tertium eſt fecunditas. Gloſa. Nichil deeſt quod in ſeptem petitionibus non contineatur. ¶ Quartum eſt ſpiritualitas. Nulla oratio magis ſpiritualis iſta. Gloſa. Que ex ore filij qui eſt veritas proceſſit.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Quintū eſt virt⁹ eius q̄ magna eſt. Eſt enī veriſil'e
q xp̄s petitiões q̄ in eo ſunt nō formaſſet/ niſi eas exau
dire vellet. De ei⁹ virtute dicit Aug. De q̄tidianis et
leuibus pct̄is ⁊ breuib⁹ ſine quibus hec vita nō dicitur
quotidiana oro fideliū ſatiſfacit. Eoꝶ enim eſt dicere
Pater noſter qui es in celis ⁊c. Delet oīno hec oro mi
nuta quotidiana pctā videlicet illa a quib⁹ vita fideliū
etiā ſcelerate geſta ſed penitēdo in meli⁹ cōmutata di-
ſcedit. Ut ſicut veraciter dicitur/ dimitte nobis debita
noſtra; ita veraciter dicatur/ ſicut ⁊ nos dimittim⁹ de-
bitoribus noſtris. Poſt euchariſtiā dn̄ica oro eſt ſum-
mū et maximū remediū vel vnū de maximis ꝯtra pctā
venialia. Habet aūt dn̄ica oro duas partes/ quarū pri
ma p̄parat orātē ad deuote orādū. Scd̄a ꝓ ꝯtinet. 7.
petitiões. Ad orādū preparat pars iſta. Pater noſter
qui es in celis. Et eſt preparatio iſta in duob⁹. ſcꝫ in
lachrymoſitate et fiducia impetrādi. Excitat aūt ad la
chrymas dupliciter. ¶ Primo dū patrē deū ad memo
riā reducit: ei qui peccādo viliter vixit. ¶ Scd̄o dum
abſentiā amātiſſimā patris innuit dicēs qui eſt ī celis:
et dulcē illā patriā a qua ipſe exultat. Ad primū perti-
net illud qd̄ dicit Bern̄. Cogitāti q p̄rem offenderim
eſt certū qd̄ pudeat: et ſi nō terreat quadā fronte attol
lo oculos ad vultū tā pij p̄ris tā malus filius. Pudet
indigna geſſiſſe genitori meo: pudet tanto patri vixiſſe
degenerē. gloſa ſuper hūc locū dicit. Cauēdū eſt vni-
cuiqꝫ a fordib⁹/ ne tāto p̄re ſit indign⁹. Ad ſcd̄ꝫ ptine-
re videt̄ illud pſal. Fuerūt michi lachryme mee panes
die ac nocte dū dicit̄ michi quotidie vbi eſt deus tuus.
Prim⁹ fletus q̄ eſt ꝓ pct̄is eſt irriguū inferi⁹. Scd̄us
qui eſt ꝓ abſentia p̄ris ⁊ dilatione patrie eſt irriguum
ſuperius. Ad fiduciā īpetrādi valet illud verbū dupli-
citer. Primo dū p̄rem noīat eū q̄ oratur. Huius p̄ris
amor ſuperat maternū amorē. Iſa. 46. Nūqd oblituiſci
pōt mulier infantē ſuū vt miſereat̄ filio vteri ſui? Et
ſi illa oblita fuerit/ ego tn̄ nō obliuiſcar tui. Scd̄o dum

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

diciteũ eſſe in celo vbi eſt abũdantia oĩ3 bonoꝝ. Quō enim pater miſericordiarum habens abundantiã oim bonorũ nõ miſerebiť filij poſiti in valle miſerie vbi eſt penuria oim bonorũ. Ad hoc ptinet qđ dicit Berñ. Iã illud quod antiquos tã terribiliter ꝙ frequẽter intonare ſolebat ego dñs michi dicitur in oratiõe cuius principiũ dulce noĩe paterno ſequentiũ petitionũ obtinẽdarũ preſtat fiduciam. Et gloſa ſuper hoc nomẽ pater noſter. In hoc datur fiducia. Quid negabit filijs q̃ ia3 dedit eis patrem. Luce. 11. Si ergo vos cum ſitis mali noſtis bona data dare filijs veſtris: quanto magis pater veſter de celo dabit ſpiritũ bonũ petẽtibus ſe. Q5 autẽ lachryme valeant ad impetrandu3 patet per hoc qđ dicit Aug⁹. ſuper illđ. Aurib⁹ pcipe lachrymas. Lachryme inquit violente ſunt in precibus. Q5 etiam fiducia valeat patet per hoc quod legitur. Iaco. 1. Si q̃s indiget ſapientia poſtulet a deo. Poſtulet autẽ in fide nichil heſitans. Qui eñi heſitat ſimilis eſt fluctui maris qui a vento mouetur et circũfertur. Non ergo eſtimet homo ille ꝙ accipiat aliquid a dño. ¶ Secunda pars diuiditur in duas partes. Cum enim duplex eſt vita ſpiritualis vita gratie. ſ. et vita glorie: primo ponuntur tres petitiones pertinentes ad vitam glorie. Secundo quatuor pertinentes ad vitam gratie. Primum autem ponuntur pertinentes ad vitã glorie tan ꝙ digniores. ſcđm illud Mat. 6. Primum querite regnum dei ⁊ iuſtitiam eius. Regnum dei patitur in tribus petitionibus: iuſtitia vero ducens ad regnum in quatuor ſequentibus. ¶ Et notandũ ꝙ ille qui mortẽ meruit apud iudicem terrenum et neſcit iudicem ſibi adhuc placatum/ primo petit vitam ſuam: vt parcatur ei a morte quam meruit. Sic qui mortaliter peccauit cum certus non ſit in hac vita ꝙ ſibi ſit dimiſſum neceſſe habeat primo petere vt parcatur ſibi a morte quã meruit. Ad quod pertinet illa petitio Libera nos a malo. Malum ibi dicitur mortale peccatũ quod eſt mors



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

prima: et ſequela eius quod eſt mors eterna. Et debet ꝓponi cū magno deſyderio hec petitio: eo. ſ. mō q̄ latro attendēs q̄d fecit ⁊ q̄d tormētū ei paratū ſit/ cū multis lachrymis petit vitā ſuā. Uita vero ſpūalis obtēta eſt in cōtinua pugna. Juxta illud Job. 7. Militia eſt vita hoīs ſuper terrā vl' tentatio. Et ꝓpterea neceſſaria eſt alia petitio qua petitur ne in tētatione cadere permittamur: que petitio etiā in magno deſyderio proponenda eſt. Sicut ille qui facturus eſt duelluȝ anteq̄ȝ intret bellū cū magno deſyderio rogat dn̄m ⁊ rogari facit vt ſibi det victoriā: ⁊ obtēta victoria deo gratias agit ſic quilibet fidelis debet in mane rogare dn̄m: vt in illa die det ſibi victoriā de dyabolo. Quā cito eni ſurgit intrat in cāpū certaminis valde periculoſi Bern̄. Jn mūdo iſto tanq̄ȝ in ſtadio certaminis poſiti ſumus: in quo xp̄s mortuus eſt. Quiſquis nō liuorē vel plagā ſuſceperit: in futuro iudicio miles inglorius erit. Jn veſpere vero ſi a caſu cauerit debet ſequi grārū actio Aug. Qui orandus eſt vt faciat illi reddenda eſt gratiarum actio cū fecerit. Jn quo multi peccāt. Cū acceperunt aliquod beneficiū a deo nūq̄ȝ poſtea memores ſunt ei⁹ cū tn̄ regratiari deberēt deo ſingulis dieb⁹ multo tp̄e. Ubi notandū q̄ cōſenſus velut pes eſt aīe quo aliquis intrare dicitur in tentationē vl' etiā iudicij. Math. 26. Uigilate et orate ne intretis in tentationem. Jntretis in quā per cōſenſum. Jnducit autē deus in tētationem ꝑmiſſiue/ dyabolus vero impulſiue. Uita etiā ſpūalis licet ad īpulſum tētationis nō corruat: debitis tn̄ obligata eſt. Dimiſſa enim culpa et morte eterna remanet homo adhuc obligat⁹ ad penā trāſitoriā. Jdeo neceſſe eſt petitio illa. Dimitte nobis debita noſtra. Que petitio cum magno deſyderio proponenda eſt: q2 ſicut ſolet dici non eſt onus ſicut debitorū. Si quis obligatus eſſet debitis multis ad terminum ⁊ ſciret ſe in graui carcere ponendum niſi infra terminum redderet et probabiliter ſe crederet non ſe ſufficere ad ſoluenduȝ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

infra terminū:cū magno deſyderio peteret ſibi debitum remitti ſi ſperaret obtinere:et valde gratū haberet ſi quis a tabulis creditoris eū deleri faceret ⁊ ſcipꝫ ſcribi. Sic cū magno deſyderio petere debet ſibi debita remitti qui credit ſe nō poſſe ea ſoluere ante terminum mortis:cum ſe ponendum ſciat pro eo ꝙ non ſoluerit in ignē purgatorij. De quo dicit Aug. Miro mō grauis eſt ignis ille licet nō ſit eternus. Superat enī omnem penā quam vnꝗ paſſus eſt aliquis in hac vita.
¶ Sicut et nos dimittimus d̾bitoribus noſtris. Specialiter valet ad impetrandum remiſſionem a deo: ſi remiſerimus proximo. Eccl̾.28. Relinque ꝓximo tuo nocenti te et tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur. Si oē aīal diligit ſimile ſibi. Eccl̾.13. Et lupus lupo nō nocet nec leo leonem ledit: ſcdm verbum Sene. Veriſimile eſt ꝙ dei miſericordia nichil ita amet in homine ſicut miſericordiam quaſi ſororem ſuam et ꝙ ei parcat ⁊ q̄ libenter dimittit proximo ei deus libenter dimittat. Econtrario vero non dimittenti deus nichil dimittit. Eccl̾.28. Qui vindicari vult: a domino īuenit vindictam. Vita etiam ſpiritualis ex ſe deficiens eſt et indiget cibo ſpirituali ſuſtentari: ſicut vita corporis alimonia ciborum ſuſtentatur. Ideo in quarta petitione petitur ſuſtentamentum vite ſpiritualis cum dicitur. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Conſtat ꝙ hoc non ſolum intelligendum de pane materialī cum illum dicat dominus eum adijciendū non querēdum. Math.6. Hec omnia adijcientur vobis. Hec petitio cum magno deſyderio eſt proponenda cum quotidie ſit neceſſarius nec eum a nobis habere poſſumus ſicut cum deſyderio elemoſynam peteret qui ſciret ſe fame moriturum niſi eam mēdicando obtineret. Vbi notādū ꝙ pāis iſte q̄druplex ē ſcꝫ doctrī a exēplūꝫ opa virtutum ⁊ ſacramētum altaris. De pane doctrine legitur. Deutero ſexto. Non in ſolo pane viuit homo ⁊c. De pane exemplū habetur ſuper illud Johan. vltimo.

Paſce oues meas. De bonis operib⁹ hr̃ Iſa. 4. vbi dr̃ in perſona virtutū. Panē noſtrū comedem⁹. Deficiūt virtutes niſi ex eis bene operemur ſicut viſus corporalis deficit ſi homo in carcere diu maneat vbi non videat. Sacramētū vero eucharistie multū valet ad ſuſtentationē vite ſpūalis. Ex p̄dictis vero ſatis pōt eſſe manifeſtū q̄tū indigeat vita preſens: qr pauper eſt cui adeo neceſſe eſt mendicare. Aug. Qui panē quotidianū petit diues aut pauper eſt. Eſt pluſq̄ paup cū multa debeat. Eſt etiā in magno periculo vndiq̄ habens circa ſe laqueos caſus mortis. ¶ Circa vero tres alias petitiones notandū q̄ ſicut homo factus eſt vt ſeruiat deo: ſi mundus factus eſt vt ſeruiat hoī: vt p ſeruitio qd homo exhibet creatori debuit habere dñiu mūdi in vita preſenti: tandē habiturus ipm deū dū de paradiſo terreſtri trāſferretur in celū. Sed qr debitū ſeruitiū deo exhibere noluit dñium mundi iuſto dei iudicio perdidit ꝛ in ſeruitutē magnā incidit ita q̄ a muſcis et alijs minimis creaturis nō poſſit ſe defendere. Aug⁹. Homo dicit tibi cōuiciū ꝛ tumes ꝛ iratus es pulicib⁹ reſiſte vt dormias? In futuro vero ponet homo in ſtatu debito vt deo perfecte ſubiectus ſit ꝛ cetere creature ſint ſibi ſubiecte/ꝛ etiā ipz deū poſſideat ſi ab eo pri⁹ poſſeſſus eſt. Deus eni vt ait Aug. Nulli⁹ poſſeſſio erit cuius poſſeſſor nō fuerit. ¶ Ad primū ptinet illa petitio. Fiat volūtas tua ſicut in celo ꝛ in terra. i. veniam⁹ ad ſtatum illum in quo voluntati tue voluntatē nr̃am conformabimus omnino vt nunc faciūt angeli. ¶ Ad ſcdm ptinet illa petitio. Adueniat regnū tuū. i. veniat ſtatus ille in q̄ regnabim⁹ ab oī ſeruitute liberi. ¶ Ad tertiū patet illa petitio. Sanctificet nomē tuū. i. cōfirmetur nomē illud in quo filij dei vocanur qd erit cum dulcedine diuina fruemur. iuxta illud Eccl. 15. Iocunditatē ꝛ exultationē theſaurizabit ſuper illum ꝛ noīe eterno hereditabit illuz. Quādo iocunditatem illam ineſtimabilem ſentiamus: tunc confirmati erimus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſicut angeli. Et notandū ꝙ he tres petitiones cū ma-
gno deſyderio proponende ſunt. Valde enī miſerabile
eſt ꝙ patrē miſericordiarū a quo bona oīa recepimus ⁊
multo maiora ſperamus ita frequenter offēdim⁹ ⁊ vo-
luntatē dyaboli facimus ita frequenter: et valde deſy-
derandus eſt ſtatus ille in quo voluntatē dei in oībus
faciamus. Itē valde deſyderādus eſt ſtatus ille in quo
a viliſſima ſeruitute in qua ſum⁹ liberemur. Valde enī
graue eſt ſeruitutē ſuſtinere illi ad quē pertinet regna
re. Valde miſerabile etiā eſt ꝙ illi q̄ ſūt filij dei ita de
facili poſſunt fieri filij dyaboli. Unde valde deſyderā-
da eſt confirmatio. Notandum ꝙ in hoc verbo ſāctifi-
cetur notaꝛ apparentia hui⁹ honoris: vt ſit ſenſ⁹. Scti
ficeꝛ. i. ſanctū appareat. Tunc dicitur res fieri qñ in-
noteſcit fieri. Nunc filij dei ſumus et nondum apparuit
quid erimus. Scimus qm̄ cū apparuerit ſimiles ei eri-
mus. i. Iohā. 3. Qui videt modo bonos pauperes vix
crederet eos eſſe filios dei: niſi ſacra ſcriptura hoc dice-
ret. Vadunt enim pedites cū ſerui dyaboli eāt equites
iuxta illud. Eccł. 10. Vidi ſeruos in equis et principes
ambulantes ſuper terram. Sed tunc quod ſcriptum eſt
erit manifeſtum ī eis qꝛ vocabuntur filij dei iuxta illō
Apoca. 3. Qui vicerit: ſcribam ſuper eū nomē dei mei.
Glo. Sic erit quodāmodo de⁹ ſicut ferrū qñ vehemē-
ter ignitum eſt quaſi ignis eſt / ſic electi erunt quodā-
modo deus quando ei valde ſimiles erunt in corpori-
bus etiā glorificatis quatuor dotib⁹ quaſi quatuor lit-
teris appebit ꝙ ſūt filij dei. Scriptura enī vocaꝛ certa
deſignatio. Certū aūt erit ꝙ ſint filij dei ex corpore glo-
rificato: ſicut ī veſte pcioſa alicui⁹ ppēdiꝛ ꝙ ipe ſit pri-
ceps. Secundū hūc modū dr̄ eē ſcriptū ī femore. i. car-
ne xp̄i ꝙ ipſe ſit rex regū et dn̄s dominantiū. Apoc. 19.

¶ De oratione infructuoſa. Cap. 17.

i Nfructuoſe oratiōis poſſūt quinq̄ ſpecies diſti-
gui. Quedā enī eſt ſimiatica: que ſolis labijs ſit.
Math. 15. Populus hic labijs me honorat: cor autem

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eorum longe eſt a me. Hec parui valoris eſt. Auguſtin⁹ Quid prodeſt ſtrepitus labiorũ ſi mutum eſt cor? Que eſt differentia inter pellẽ animalis ⁊ ipſum animal hec inter ſonum vocalis orationis et deuotionem cordis. Praui paſtores pro animali ſolã pellẽ reddũt: quibus ſimiles ſunt qui tãtum ſonum vocalis orationis habẽt. Deuotio eſt medulla holocauſtorũ. Pſal. Holocauſta medullata offerã tibi. Sine deuotione holocauſta ſunt arida. Eſt autẽ deuotio feruor bone voluntatis: quem mens cohibere non valens certis manifeſtat indicijs. ¶ Alia ſpecies oratiõis infructuoſe/ eſt oratio propria qualis fuit oratio helye prophete: qua petijt anime ſue vt moreretur. 3. regũ. 19. Tertia eſt oratio ſaluti cõtraria qualis fuit oratio pauli petẽtis a ſe ſtimulum remoueri. 2. ad cor. 12. ¶ Quarta eſt oratio pſũptuoſa qualis fuit oratio filiorum zebedei: qui volebãt peruenire ad regnũ non per calicis potuz. Quibus dictũ eſt. Neſcitis quid petatis. Math. 20. ¶ Quinta eſt oratio ridiculoſa qualis eſt oratio ypocritarũ: qui elati de multitudine operum ſuorũ deum quaſi irrident/ dum manibus plenis elemoſinã gratie ab eo petunt. Talis fuit oratio ſuperbi pharisei dicẽtis. Jeiuno bis in ſabbato decimas do omniũ q̃ poſſideo Luce. 18. Vacuas oportet eſſe man⁹ hominis per humilitatẽ: ad hoc vt elemoſina gratie ei a deo detur. Item oratio ypocritarum in hoc ridiculoſa eſt ꝙ manus tendunt ad terram cũ elemoſinas petunt ab eo qui eſt in celis. Terrenam enim mercedem querunt in operibus ſuis.

¶ De lectione que eſt via ad ſapientiam. Cap. 18.

D Icto de oratione agendũ eſt de lectione q̃ eſt via ad ſapiẽtiã. Et quia ſapiẽtia ⁊ lectio ⁊ doctrina a multis deſpicit̃ que tamẽ multũ deberet amari: p̃mo aget̃ de eoꝝ deſpectione. Scđo de eorũ amore. Tertio oſtendet̃ quomõ aliquis in lectiõe poſſit ꝓficere. Circa primum vero primo oſtẽdet̃ quare ſapiã et doctrina ab aliquibus deſpiciant̃. Scđo ꝙ hec deſpectio multũ ha=

bet ſtultitie. Tertio ꝙ hec deſpectio reprehēſibilior ſit miniſtris ecclie. Quarto ꝙ maxime reprehenſibilis ſit deſpectio diuine ſapientie et ſcripture ſacre. Quinto oſtēdetur ꝙ hec deſpectio deum multum offendit. De hac deſpectione legitur prouerbiorū. i. Sapientiā atqȝ doctrinam ſtulti deſpiciunt. De hac deſpectione dicit Seneca. Ad ſapientiam quis accedit quis dignam iudicat: niſi quam in tranſitu nouerit? Quis philoſophū aut vllum liberale ſtudium reſpicit. niſi cū aliquis pluuius interuenit dies que perdere libet? Itaqȝ nichil inuenitur horum que parum inueſtigata antiqui reliquerunt ac ſi hic iuuentus ſobria incumberet hic maiores docerent minores addiſcerent vix ad fundum venire tur vbi veritas poſita eſt: quam nūc ſumma et leui manu querimus.

¶ Quadruplex cauſa deſpectionis ſapie. Cap. 19.

H Uius deſpectionis aſſignari poteſt q̄druplex cauſa. ¶ Prima eſt ignorantia p̄cioſitatis ſapiētie. Sicut porcus lapides precioſos non reputat ſed cōculcat eo ꝙ ignoret virtutem eoꝝ / nec reputat ſpecies aromaticas quarum ſublimes ſapores non cognoſcit: ſed preponit eis glādes vel furfur. Sic qui ignorat precioſitatem ſapientie eam deſpicit. Math. 7. Neqȝ mittatis margaritas ante porcos ne forte conculcent eas pedibus ſuis. Bern. ſuper Canti. Quō lux in caſſum circūfundit oculos cecos et clauſos: ſic aīalis hō non ꝑcipit q̄ dei ſunt. ¶ Scd̄a eſt preſumptio ſapiētie. Sicut faſtidiū cibi corporalis accidit ex ventoſa ſtomachi plenitudine: ſic hoīes inflati ſapīa mundi ſapīam dei cōtemnunt. ¶ Tertia eſt inflatio / infectio palati cordis de febre iniquitatis. Aug⁹. Palato non ſano pena eſt panis q̄ ſano eſt ſuauis. Idē. Palatū febricitantis h₃: cui mel celi inſipidum eſt. Ad iſtas tres cās ꝑtinet verbum p⁹ poſitū. Sapīam atqȝ doctrinā ſtulti deſpiciunt. Sūt enī tria gn̄a ſtultoꝝ. Primi ſūt q̄ hn̄t ſimplicē ignorātiā: q̄ licet nō ſint docti tn̄ ſūt docibiles cū ſint humiles et nō

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Vinculis atrociter/ diris mancipatur
Sed agnus mitiſſimus/ vere comprobatur
Qui nec minas ingerit/ neqꝫ reluctatur
¶ Saluator mitiſſime/ ꝙ male vexaris
Nam ſolus relinqueris/ ſolus infeſtaris
Fugiunt diſcipuli/ ⁊ tu retentaris
Opprobrijs ac ludibrijs/ ſputiſqꝫ fedaris
¶ Eya quo fugitis/ quoue latitatis
Qui nuper pro domino mori iactabatis
Sed prior pro omnibus mortem ſubit gratis
Ne pro ipſo poſtmodum mori timeatis
¶ Sequens Petrus a longe/ atrium intrauit
Sed ad vocem femine / Jheſum ter negauit.
Quem dū Jheſum reſpicit/ flendo ſuſpirauit
Et amaris lachrymis/ culpis expiauit
¶ Videns poſt hec proditor/ ꝙ Jheſus dānat
Retulit argenteos quibus vendebatur
Et recedens laqueo/ miſer ſuffocatur

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sic mercede congrua latro premitur
¶ Mox itaq; in ſomnis: tota ducebatur
Nulla prorſus requies: Jheſu preſtabatur
Miniſtrorum plebs impia iniuriabatur
Alaphis ⁊ colaphis Jheſu cedebatur
¶ Falſi Jheſu contra te teſtes inducuntur
Tacenſq; diſſimulas: cuncta que dicuntur
Mane facto/ manib⁹ vinculo nectuntur
Ad Pilatum traheris: hoſteſq; ſequũtur
¶ Accuſaris nequiter: ſed nichil probat̄
Finguntur mendacia: verum occultatur
Nec latebat iudicem ꝙ fraus operatur
Ideo te perdere: preſes verebatur
¶ Herodis aſpectibus: poſt hec preſentatus
Multiſq; ſermonibus: tacens ſciſcitatus
Te rex cum exercitu ſpreuit indignatus
Preſidi reduceris: veſte candidatus
¶ Judei tunc acrius inſtant accuſantes
Herodis ac Pilati federe letantes
Patienter toleras canes oblatrantes
Tua patientia armas te amantes
¶ Tacentem ad omnia iudex admiratur
Ab ipſis eripere Jheſum: qui conatur
Sed tumultus populi: ingens ſuſcitatur
Ad inuicem clamantes vt crucifigatur.
¶ O gens nephandiſſima: quare ſic egiſti?
Saluatorem abnegans: impium petiſti
Et latronem eligens: Chriſtum perdidiſti
Sic a deo deſpici: iure meruiſti
¶ Cernens iudex deniq; ſe nil preualere
Sed magis in populo: tumultum augere
Judicauit fieri: quod his petiere
Exultat gens perfida: ſui voluere
¶ Traditur militibus: vinculis artatur

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Cotemplatio beati Anſelmi epi

Ad columnam ſtringitur: dure flagellatur
Undiqꝫ verberibus: corpus cruentatur
Spoliatur pietas: furor dominatur.
¶ Ecce caro tenera: pij ſaluatoris
Ad columnam nequiter: coartatur loris
Sic flagellis ceditur: impij tortoris
Quod patent veſtigia: nuc vſqꝫ cruoris
¶ Poſt cōflictum verberū: vide quid agatur
Purpura induitur: ſpinis coronatur
Calamus in dextera: quaſi ſceptrum datur
Et illuſus genibus: flexis adoratur.
¶ Adoratum conſpuunt: faciem tegentes
Feriunt arundine: caput hec dicentes
Prophetando indica: te percutientes
Talibus ludibrijs: inſtant illudētes.
¶ O q̄ꝫ longum ſingula: foret enarrare
Sed fuit longius: tanta tolerare
Letali duricia: conſtat laborare
Qui amantem taliter: negligit amare
¶ Ecce poſt anguſtias: tot iniuriarum
Oritur acerbitas: denuo penarum.
Qua pati ſupplicium: noſcitur amarum
O quicquid pretactum eſt: reputatur parum
¶ Nam per vrbis mediū: Jheſus procedebat
Suiſqꝫ patibulum: humeris portabat
Ad fores ⁊ hoſtia: populus fluebat
Eiuſqꝫ confuſio: omnibus patebat.
¶ Decurre nunc anima: intuens amantem
Gratis ad patibulum: pro te properātem
Sponſum tuum reſpice: crucem baiulantem
Tua ſui crimina| penis expiantem.
¶ Triplicem intueo/ turbam te ſequentem
Scilicet carnificum/ primam te prementem
Judeorum alteram penam/ irridentem.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Amicorum tertiam: anxie lugentem.
¶ Tandem ad caluarie: locum tranſmeatur
Et ibidem veſtibus: Jheſus ſpoliatur
Ut hic quiſq; militum: partem ſociatur
Poſt hec in patibulo crucis coartatur.
¶ Ad pudoris cumulum: Jheſu mi nudaris.
Ut ventis ac frigori: nudus exponaris
Innocens cum impijs: in cruce damnaris
Et quaſi dux criminis: medio locaris
¶ Stant a longe proximi: nullo conſolaris
Sed aſſiſtunt vndiq;: per quos cruciaris
A malignis perfidis: dure blaſphemaris
Et quod pena peius eſt: paſſus ſubſannaris
¶ Cor tumens ſuperbia: diſce non inflari.
Nec te queſo pigeat: Jheſum imitari
Quem indigne conſpicis: viliter tractari
Qui pro cunctis meruit ſemper honorari
¶ Diſce falſam ſpernere: gratiam honoris
Laudeſq; contemnere: humani fauoris
Dum te vilem reputat: homo videns foris
Tu te vilem oculis: penſes creatoris
¶ Ut quid ergo murmurans: miſer indignaris
Si coram hominibus: nichil reputaris
Ac magis in oculis: dei confundaris
Coram quo pro meritis: nichil comprobaris
¶ Tenſis ligno brachijs: manus conclauantur
Cutis caro trucibus clauis tractabantur
Nerui vene ſimili modo laniantur
Nec his tamen perfidi: penis ſatiantur.
¶ Sed ne deſit quippiam: ad mortis horrorem
Ferrum pedes penetrans: cumulat dolorem
In te ſic exacuunt: impij furorem
Poſtponentes nequiter: domini timorem.
¶ Horrorem incutiunt: mallei ſonantes

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Cutemqꝫ cum carnibus: totā tenebrantes
Neruos cum ſubtilibus: venis lacerātes
Et compages oſſium: ſimul diſſipantes.
¶ Fundūt riuos ſanguis/ fōtes ſaluatoris
Properans huc anima/ currat peccatoris
Hauriat hinc quippiam: ſacrati liquoris
Quo frequenter liniat/ vulnera doloris.
¶ Deniqꝫ melliflua: verba charitatis
Promit ihesus veniam/ petit ſceleratis
O quantum exuberat/ vena pietatis
Non deſperet amodo/ quiſqꝫ pro peccatis
¶ Crucifigunt laniant: penas cumulando
Sed rependis gratiam/ pro eis orando
Non diffidat penitens: quiſqꝫ aliquando
Saluatoris copiam: gratie pulſando.
¶ O miranda pietas/ bonitatis Chriſti
Ad te de patibulo/ clamans voce triſti
Latro petit veniam: et mox indulſiſti
Quo ſpem penitentibus/ venie dediſti.
¶ Penā quā ſuſtinuit/ crimen exigebat
Et poſt in exitu vite penitebat
Veniaz conſequitur/ ſtatim quam petebat
Et perennem gloriam: letus obtinebat.
¶ Poſt hec mrēz ītuēs/ Iheſꝰ aduocauit
Eiuſqꝫ diſcipulo/ care commēdauit
Virginemqꝫ virgini/ pulchre ſociauit
Extunc hanc diſcipulꝰ: vt matrē ſeruauit
¶ O q̄ȝ intus virgo: grauiter cruciabatur
Cum orbata filio/ nepoti commendabatur
Mira commutatio/ merito probatur
Cum ſeruus pro filio/ matri commutatur.
¶ Loquens Iheſus denuo/ ſitio dicebat
Et acetum protinus: felle quis miſcebat
Qui deguſtans paululum/ bibere nolebat

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ac infuſum ſpongie/ori porrigebat.
¶ Mi iheſu mirifice/ quid eſt qđ agebas:
Tu de ſiti conquerens/ de cruce ſilebas
Puto ꝙ magnopere/ potum non petebas
Sed ſalutem potius/ noſtram ſitiebas
¶ Venas iam exhauſerant/riuuli cruoris
Euaneſcit priſtini/ſpecies decoris
Vultum tabes occupat/liuidi paloris
Sic triumphat de Iheſu/pia vis amoris.
¶ Corpus iaꝫ diſtēdit/ ⁊ fauces rauceſcūt
Contorquētur labia/ crines perhorreſcūt
Pia languent lumina: mēbraqꝫ rigeſcunt.
Et totius corporis/ vires contabeſcunt.
¶ Vocē promens vltimā:patrē inuocaſti
Spiritumqꝫ manibus/eius commendaſti
Cum clamore valido/tandem expiraſti
Sic ſalutis omnium/ opus conſumaſti.
¶ Dum ſaluator moritur:celi obſcurātur
Velum templi ſcinditur/tumbe reſerantur
Sciſſis petris:corpora multa ſuſcitātur
Et nature dominum pati proteſtantur
¶ O q̄tū iudaicā gentem/ mox premebat
Que tanta miracula videns non credebat
Sed quē vox ꝓphetica/ cū ſignis p̄mebat
Morti tradens impie/nequiter ſpernebat
¶ Aſtat virgo virginum: cruci ſaluatoris
Stat transfixa gladio intimi doloris
Nati pena intuens/ et riuos cruoris
Intus illa ſuſtinet/ que hic tulit foris
¶ Aſtans vnigenitum/ genitrix deplorat
Quo ſe vertat anxie: prothdolor ignorat
Nūc plāgit/ nūc eiulat/ nūc gemēs adorat
Sed geſtus virgineos/ dolor tūc deflorat
¶ Vultu mater anxio/reſpicit pendenteꝫ



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Contemplatio beati Anſelmi epiſcopi.
Sanguinem vulneribus: largiter fundentem
Nati cernens faciem: in morte pallentem
Nec mirum ſe lamat: tuam dolor mentem.
¶ Tunc depoſcit debitum: atroxius nature
Quod tibi detinuit: olim parituræ
Penaſqꝫ cum fenore: extorquent vſure
Que communi matribus: debentur iure.
¶ Nunc quaſi parturiens experiris vere
Quam ſi matri proprium: nato condolere
Nunc amaros gemitus: cordis extorſere
Dolores quos filium: cernis ſuſtinere.
¶ Gladio transfigeris: doloris reuera
Tenſa cernens brachia: filij procerea
Pendens corpus regium: velut in ſtatera
Membraqꝫ fundentia: ſanguinem ſincera.
¶ Cuius queſo valeat: mens aut lingua fari
Quantum virgo creditur: intus cruciari
Dum cernit iam mortuum: corpus vulnerari
Atqꝫ nati viſcera: lancea forari.
¶ Corpus inquit mortuum: niliam ſentiebat
Sed maternum lancea: pectus tranſfigebat
Quam fixam in filij: latere videbat
Quo cum aqua ſanguinis: liquor effluebat.
¶ Miſerere domina: miſeris dignare
Quos Jheſus redimere: dignatur tam chare
Ipſaqꝫ te pietas: cogat nos ſaluare
Que te nati compulit: penas complorare.
¶ Surge torpens anima: expers ſanitatis
Nugas queſo ſteriles: ſperne vanitatis
Ecce fons puriſſimus: pater pietatis
Affluens vberrime: riuis charitatis.
¶ Ad hunc ergo propera: fontem redemptoris
Ac fluentis quippiam haurias dulcoris
Aque vide lauacrum: precium cruoris

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Hinc tui curatio: profluat languoris.
¶ O mira dignatio: pij ſaluatoris
O vere mirifica: pietas amoris
Expers culpe noſceris: Jheſu fons decoris
Ego tui prothdolor: cauſa ſum doloris.
¶ Ego heu ſuperbio: tu humiliaris
Ego culpas perpetro: tu pena mulctaris
Ego fruor delicijs: tu felle potaris
Ego peto mollia: tu dure tractaris.
Ad te patrem dirigo: propiciatorem
Propter me qui proprium: effudit cruorem
Pater ne deſpicias: queſo peccatorem
Pro quo paſſum grauia: noſti redemptorem.
¶ Tria docet paſſio Chriſti glorioſa
Creatori vicia: q̃ ſint odioſa
Inferi ſupplicia: q̃ ſint lacrhymoſa
Atqꝫ celi gaudia: q̃ ſint glorioſa.
¶ Hec o lector diligens facile perpendis
Jheſum paſſum intuens: pro culpis delendis
Atqꝫ pro ſupplicijs: nobis auferendis
Simulqꝫ pro gaudijs: celi conferendis
¶ O q̃ admirabilis: amor comprobatur
Cum Jheſus pro vicijs: noſtris immolatur
Et pro penis debitis: nobis cruciatur
Suiſqꝫ doloribus: gaudia mercatur.
¶ Ergo tuis anima: viribus conare
Hanc amore gratiam: digne compenſare
Nunc totis precordijs: gaudens amplexare
Preter Chriſtum penitus me velis amare.
¶ Jheſu cordis gaudium: et dulcedo mentis
Anime ſolatium: in te confidentis
Te benigne deprecor: precibus attentis
Mei memor ſingulis: cuſtos ſis momentis.
¶ O Jheſu quem curia: celi veneratur

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Tuum quem mirifice/opus conſumatur
Jam de cruce tempus eſt/ vt corpus tollatur
Et labori requies: ex hoc concedatur.
¶ Nichodemus & Joſeph/poſt hec affuerunt
Qui nequaq̃ domini/ neci conſenſerunt
Hij pedum ac manuum: clauos eduxerunt
Atq̃ de patibulo/ corpus ſuſtulerunt.
¶ Tunc accedat properat/ genitrix orbata
Pia nati vulnera: tergit cruentata
Oſcula vulneribus: imprimens beata
Sanguinis libamina: colligens ſacrata
¶ Cuius vnq̃ integre cor excogitauit
Quanto mater ſtudio/ vulnera tractauit
Et tractando lachrimis: rigare curauit
Atq̃ crebris oſculis illa delibauit
¶ Nam virgo dulciſſima/ iam ceſſet ploratus
Ecce dolor filij: ceſſat tumulatus
Inſtatq̃ leticie: dies exoptatus
Quo tuis de mortuus/ iam reſurgat natus.
¶ Sindone dominicum/ corpus implicatur
Et cum aromatibus/ ſepulture datur
Sed vt a diſcipulis/ furtim non tollatur
Militum cuſtodia/ tumulus vallatur.
¶ Madaglena denique/ locum obſeruabat
Que Jheſu precipue/ amore flagrabat
Peruigil aromatum/ vnguenta parabat
Quibus hec perungere: Jheſum feſtinabat.
¶ Sed nocte dominica/ dum hec peragebat
Dominus ab inferis/ victor reſurgebat:
Hinc captiuos redimens/ quos ſic detinebat
Quem tumba cum lintheis/ vaccans apparebat
¶ Terremotus vehemens/ factus eſt repente
Et deſcendit angelus/ domino ſurgente
Tunc cuſtodes ſubito: conſternati mente

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Fiunt velut mortui: motu perurgente
¶ Poſtmodũ de tumulo / territi fugerũt
Et iudeis ſeriem / facti retulerunt
Quos illi pecunijs / multis corruperunt
Ut ſublatum dicerent / furtim ſuaſerunt.
¶ O q̃ mira cecitas / iudeos premebat
Quam ceca cupiditas / milites purgebat
Sic inde veritas / occulte iacebat
Sed hoc diu fieri / Jheſus non ſinebat.
¶ Mane prĩa ſabbati / ſurgentis aurore
Magdalena affuit / eſtuans amore
Sed dũ cernit tumulum / abſq̀ ſaluatore
Fiens gemit et eulat: anxia dolore
¶ Aſtans ad hec ſpecie / dominus ignota
Hanc affatur dulciter / metus ſubmota
Que querꝭ ſic lachrimãs / mulier deuota
Promere ne timeas cordis tui vota
¶ Secretoꝝ cognitor / q̃ corda ſcrutaris
Tu cauſas triſticie / quare percunctaris
An amarus lachrimas / pie aſpernaris
Cuius deſyderium / cordis tu probaris.
¶ Illa Jheſu ꝑter te / prorſus nil q̃rebat
Te corde te lachrimis / ſolum ſitiebat
Pro te ſexus immemor / arma nõ timebat
Pro te gemens anxie / ꝓ te flens dolebat
¶ Ortholanũ itaq̀ Jheſuz / hec putabat
Sed ſi ſpiritualiter / non multum errabat
Nam ſentes perfidie / iaz eradicabat
Ut ꝙ flores fidei / plantare curabat.
¶ Tunc vocẽ pijſſim⁹ / ſaluator mutauit
Et ex nomine eam / mariam vocauit
At illa mox agnitum / gaudens adorauit
Et adorans gaudio / multo exultauit
¶ Mi Jheſu mirifice / poſtq̃ ſurrexiſti



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Contemplatio beati Anselmi epi.
Crebro te viſibilem: tuis prebuiſti
Cibos cum diſcipulis: deniqꝫ ſumpſiſti
Et ipſis cernentibus: celum aſcendiſti.
¶ Quanto putas gaudio: genitrix impletur
Cum iam impaſſibilem: natum intuetur
Reſurgentem gaudio: luctus mox deletur
Et oritur lux noua: que non auferetur.
¶ Tunc doloris gemitus: omnis propulſatur
Meror in leticiam: mire commutantur
Dum mors inuincibilis: vita ſuperatur
Et deuicto vicio: virtus inſtauratur.
¶ Sed viſo diſcipuli gaudent ſaluatore
Qua putas leticia: gaudet ampliore
Viſo ſuo genitrix: rediuiuo flore
Quam extinctum viderat: nuper in merore.
¶ Ex hoc virgo poteris: ſecure gaudere
Tibi nequit a modo: dolor preualere
Sed nec vltra filio: valet mors nocere
Pia nobis gratie: mater miſerere.

Et hec Anſelmus ſuper vita Chriſti

Mane cleri fantur: oculi poſt confitentur.
Sero ſemper edent: memoriam poſt dicere debēt
Bis comedunt oculi: tantum ſemel edent
Mane quod in cena: ſi ſint ieiunia dicas
Cum bis edimus: agnus ſemel es benedictus
Odi memoriam: quia tollis veſpere cenam
Confiteantur amo: quia cenam veſpere clamo.
Qui ſemel/ eſt iuſtꝰ: qui bis/ vir: beſtia| qui plus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Incipit ordinariũ vite religioſe/ editũ a ſancto Bonauētura cardinali/ de ordine fratrum minorum.

Religio mũda ⁊ imaculata apud deũ ⁊ prēz: hec ē Jacobi pꝛio vt dicit Aug⁹. de vera religione. Religio a religādo dicit̃: qꝛ religationē aïarũ trib⁹ digitis facit. ſ. obedīa ſubiugāte/ pauptate alleuiāte/ caſtitate/ ſubleuante. Nā obediētia aufert vel ligat ꝓꝛiā volũtatē ⁊ ꝑ cōſequēs īfernũ. Bern. Tolle pꝛopꝛiā voluntatem et non erit infernus. Paupertas aufert vel ligat terrenā cupiditatem/ et per cōſequēs oē malũ qꝛ radix oīm maloꝛuꝫ eſt cupiditas. ¶ Caſtitas aufert vel ligat carnalē feditatem/ ex quo facit hominē angelũ. quia vt ait Hieronymus. In carne pꝛeter carnē viuere nō terrena vita/ ſed eſt celeſtis. Religio ergo vt ait apoſtolus mũda et immaculata apud deũ et patrē hec eſt/ ſcꝫ obſeruatio pꝛemiſſoꝛuꝫ. Que religio in ſua puritate accepta vt ſumme trinitati ſit accepta et grata debet hr̃e maximā ſanctitatē in oꝛatoꝛio/ grauitatē firmam in clauſtro humilitatem profundā in capitulo ſobꝛietatē cōtinuā in refectorio/ et honeſtatem nitidā/ in doꝛmitorio. Iſte ſunt partes in quas diuiditur monaſterium/ oꝛatoꝛiũ/ clauſtrum/ capitulum/ refectoꝛium doꝛmitoꝛium.

De eccleſiā igit̃ ſono vocat⁹ cāpane ſigno audito a ſtatī illuc ire feſtina: ita ꝙ ſis ſēper pꝛim⁹ ī eundo ⁊ vltimus in recedēdo/ ibiqꝫ pꝛepara coꝛ tuũ dño ꝑ deuotionē. De qua pꝛeparatiōe dicit̃ in pſalmo. Pꝛeparationē coꝛdis eoꝝ audiuit auris tua. Ad iſtā ꝑparationē tria requirunt̃. ſ. ab exterioꝛib⁹ reuocatio. vt aīa ad nichil aliud intēdat niſi ad deũ. Unde debet oīm viſibiliũ obliuiſci vt īpermixta t̃renis/ ad celeſtia cito vadat. Unde dicit dñs. Tu autē cũ oꝛaueris/ itra in cubiculũ tuũ et clauſo oſtio oꝛa patrē tuũ. Sed qꝛ nemo aſcendit ad contēplationē dei: niſi pꝛius deſcēdat per ſui humi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

liatione·ideo requiritur ꝓprie prauitatis cõſyderatio. Conſydera ergo ꝙ vilis es per naturã q꞉ vermis/fetor/ horror/ꝙ vilis es ꝑ culpã:q꞉ creatorẽ tuũ ſuis ſtipẽdíjs offendiſti et ĩpugnaſti et ad iracundiam ꝓuocaſti ideo non es dign⁹ exaudiri. Scḋo requirit bñficiorũ dei recordatio. Conſydera igitur ⁊ cogita maxima beneficia dei/quia cũ deberes pro demeritis tuis in inferno eternaliter cruciari voluit ipſe dei filius pro te redimendo de muliere paupercula naſci·crudeliſſima ſupplicia pati et horribili morte mori. vt tibi eternã vitã redderet. Qñ ergo eris in eccl'ia vel alibi ad diuinũ officiũ celebrandũ dicas illud cũ ꝓfunda reuerentia et timore nõ ſis ibi cũ vagatione mẽtis/q꞉ ſicut ait bernardus. Magna eſt abuſio habere os in choro et cor in foro. De talibus dicit ꝑ prophetã. ore ſuo bñdicebãt/ et corde ſuo maledicebant. Et in euãgelio. Populus hic labíjs me honorat. cor autẽ eorũ longe eſt a me. Quamdiu vero ſtas in officio taliter ſis honeſtus vt non reſpicias circunſtantes ne cum aliquo loquaris niſi neceſſaria ſed capite aliquantulum inclinato/ oculis demiſſis/ man⁹ habeas ante te in modum crucis.aut manum in manu nunꝙ in ſinu vel cubito appodiato cogitans non ſolũ te eſſe coram fratribus ſed etiam coram deo et angelis eius. Unde propheta. Preuenerunt principes coniuncti pſallentibus. Sis ſollicitus ire ad librum et nichil facias ibi negligenter/quia maledictus eſt qui facit opus dei negligenter. Uide ne ibi aliquid facias vel dicas quod alios prouocet ad ridendum/ſed mens tua ſẽꝑ ſit cũ xp̃o dicẽdo cũ ꝓpheta. Erũt vt cõplaceãt eloq̃a oris mei et meditatio cordis mei in cõſpectu tuo ſẽper. Ante horã vel poſt particulã paſſionis xp̃i q̃ ꝯpetit ad memoriã reuoca cũ lachrymis ſi potes Attẽde ad officiũ qḋ dicis:vel ad deũ cui in officio loq̃ris/ vel ad illḋ qḋ in officio ĩpetrare deſyderas. In oĩ orõne quã facis magis ſtudeas ad deuotionẽ ꝙ ad ꝯſumationẽ vt ſtatĩ ĩueneris aliquã lachrimã vel iheſũ deſyderatũ vl'

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

teri⁹ nõ precedas ſ3 eo fruere vt dicas cũ ſpõſa. Inueni quẽ diligit aĩa mea. Et ſubtrahẽte ſe iheſu orõnẽ pſicias quã icepiſti. Orones tuas conſuetas nunq̃ dimitas ſicut ſeptẽ ſpalmos ꝛ vigilias mortuoꝝ ꝛ alia q̃uis. Quotidie ſemel ad min⁹ a fratrũ cõſortio ſeparat⁹ ſtude aium tuũ ab oĩ ſollicitudine reuocare / ꝛ tũc illicitis cogitatiõib⁹ ĩpermixt⁹ cũ ꝓfũda cordis hũilitate et deuotione / et grãrũ actione recogita cũcta bñficia ſaluatoris et creatoris. Ad vltimũ reſurge de dei mĩa q̃ dicit quicquid orantes petieritis credite et accipietis.

¶ Quomodo te debes habere in clauſtro

Quandocũq3 eris in clauſtro clauſtri recordare ĩferni / qd vt euaderes ĩ monaſterij clauſtro voluiſti includere. et ideo contraria eoꝝ q̃ exſoluunt in clauſtro inferni in tuo clauſtro. Nã in clauſtro inferni deus cõtinue blaſphemat / et tu in tuo clauſtro continue deũ lauda ibi lachrime emittũt doloris. ꝛ tu hic lachrimas emitte deuotiõis. Illud clauſtrũ dãnatorũ carcer vocatur. eternus tuũ clauſtrũ ad modicũ poteſt te claudere tempus. Poſt qd te patrie aſſignabit celeſti ibi varie inferũtur pene ſed nõ ad grãm te ſemꝑ in clauſtro tuo affligere ſtudeas ad coronã. Et q2 ille carcer oĩs ſuperbie dicit domus vt illũ poſſis vitare in tuo clauſtro cũ omni hũilitate ſtudeas ↄuerſari. Si aũt aliquẽ fratrũ tuoꝝ ſenſeris infirmari clauſtrũ egrediens illũ ſtudeas viſitare: ꝛ eũ ad minus tribus vicibus in die cõſolari curabis. Seruitiũ eis ĩpẽdas ſi neceſſe fuerit. q2 dicit regula ꝙ frẽs debẽt ſeruire infirmis ſicut vellẽt ſibi ſeruiri. Stude aũt diligẽter nõ ſolũ in clauſtro ſ3 ꝛ in oĩ loco alio / ĩ oĩ oꝑe ꝛ dicto honeſtatẽ ꝛ hũilitatẽ tenere. Si ḡcas deſideras hr̃e hc̃as freq̃ntẽ ꝛ feruẽtẽ orõnẽ. Stude etiã ĩhoneſta ꝛ ocioſa ṽba vitare. q2 ſcđm apl'm. Corrũpũt bonos mores colloquia praua. Inhoneſtoꝝ ꝛ indiſcretoꝝ ſemꝑ ↄſortia fuge ludos manuũ ꝛ maxime cũ iuuenibus fuge. Nũq̃ loq̃ris cũ

Miniſterio de Educación, Cultura y Deporte

aliquo niſi verba premeditata/ ordinata ⁊ vtilia. qꝛ dr̄ in ſcripturis. Oīa v̄ba tua pri⁹ veniāt ad limā q̄ȝ ad liguam. Nō ſis murmurator ⁊ iudicator alioꝝ niſi maniſeſte fecerit ꝯtra deū poti⁹ reprehēſus genu flectēs ſtatim dicas culpā tuā ſiue ſis culpabilis ſiue nō. Nā ſcd̄m Grego. bonarū mētium eſt cognoſcere culpā: vbi culpa non eſt. Cū vadis per domū habeas greſſ⁹ mites/ manus continentes/ oculos nō vagos ſȝ demiſſos. qꝛ ſcd̄m Iſidorū. Impudicus ocul⁹ impudici cordis nunci⁹ eſt. Et q̄ncunq̄ȝ videris fratres non de deo loquentes vel de ſacra ſcriptura ſtatī recede ab eis. Et vt melius p̄dicta ſerues/ ſtude ſemper humilitatē hr̄e. Toto tempore vite tue ſtrictū ſilentium ſerua maxime in diuino ſeruitio in menſa. Dicit enim Gregorius ꝙ mens que non habet murū ſilētij/ de facile ledi poteſt iaculis inimici. Ideo dicit Auguſtinus. Mutū debet eſſe os hoīs niſi ad tria. ſcilicet ad laudē dei/ ad accuſationē ſui/ ad edificationē p̱ximi. Toto tēpore vite tue ſtudeas q̄ȝtū poteris bono modo familiaritates ſecularīu deuitare. Generatio enī peruerſa eſt/ et infideles filij. Cū autem fuer; cū eis aliq̄ vtilitate vel cogēte neceſſitate caue ne loq̄ris cū eis niſi neceſſaria et vtilia. Et ſi ipī loquerēt de ſclo vel de guerris/ nō acq̄eſcas eis reſpōdēdo vl̄ īterrogādo/ dicēs cū p̱pheta. Nō loquat̄ os meū opa hominū. Et ſis ſēp cū eis timid⁹ nō ſecur⁹/ hūilis/ beniuolus/ et modeſt⁹. Mulieres vero fugias ſicut ſerpentes/ et nūq̄ȝ loq̄ris cū aliqua niſi vrgēs neceſſitas te ꝯpellat/ nec reſpicias faciē alicui⁹. Moliti ſūt enī ſermones ei⁹ ſup oleū/ et ipſi ſūt iacula. Nec tamē qꝛ ſācte ſūt/ nō minus cauēde ſunt. Quo enī ſāctiores ſūt/ magis alliciūt vt ait Aug⁹. Et ſequit̄. Crede michi inq̄t/ epiſcopus ſū nō mētior in xp̄o loq̄r cedros libani et grādes abietes ſub hac ſpecie reperi corruiſſe. De q̄b⁹ nō min⁹ p̄ſumebā q̄ȝ de Gregorio ⁊ Ambroſio. Unde ī regula dr̄. Fratres nō habeāt ſuſpecta cōſortia vel colloquia mulierū

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶De obſeruantia capituli.

v Erũ qꝛ defectus clauſtri in capitulo coꝛriguntͬ/ qñ illud ĩgredieris niſi vocat⁹ fueris noĩe vel culpa nichil loquaris. Tuã culpã hũiliter recognoſce reuerẽter expꝛime. Alioꝝ culpas quãtũ potes excuſa ne in pͥſumptuoſum labaris iudiciũ. Sẽper capitulum cõſiſtoꝛiũ tibi repſentet diuinũ. Prelat⁹ iudicẽ/ frẽs ſine culpa ſanctos ſed frẽs defectuoſi pctõꝛes miam poſtulãtes. Si aliqua penitẽtia ĩponatͬ de qua tibi ius nõ videretͬ patienter feras. qꝛ tibi erit ad meritũ/ dato ꝙ nõ pceſſerit viciũ vt patiẽtie Chꝛiſti videaris exẽplũ. Cũ capitulũ fueris ĩgreſſus/ ne patiẽtiã pdas ſꝑ valde ſuſpect⁹ ne aliqua tibi inferatͬ ĩiuria vt ſꝑ maledicẽtib⁹ bñdicas/ ĩiuſtitiã faciẽtib⁹ grãs referas vt ſemꝑ Chꝛiſtũ repſẽtes iniuriarũ. Si tibi aliqđ ꝟbum dicatͬ oppꝛobꝛij/ caput inclina/ genu flecte/ ⁊ deũ lauda dicẽdo. Grãs ago ꝯtũelijs Chꝛiſti q̇ ꝓ me multa ꝑtulit falſa ⁊ ego ꝓ amoꝛe ei⁹ maioꝛa hoꝝ parat⁹ ſũ ſuſtĩere. Nõ poſtq̃ feceris nũq̃ inferẽti tibi iniuriã obſequiũ deneges/ nũq̃ ſubſtrahas verbũ nec in aliquo mutes vultũ vt flagelloꝝ Chꝛiſti videaris ſignaculũ/ ⁊ ſemꝑ hũilitas eadẽ in vultu appareat ⁊ geſtu. Eſt eniꝫ vera humilitas ſpernere mũdũ/ ſpnere nulluꝫ/ ſpernere ſeipſum ad quã ſi ꝑuenire poteris obſeruãtiã ĩ mira dulcedine habebis. Quã vt obſeruare valeas ſẽꝑ te cõtẽnas atq̃ deſpicias. Oẽs fratres melioꝛes te reputa/ ⁊ ꝙ eoꝛum conſoꝛtio nõ es dignus. Laudes tuas ſicut cantum audias ſirenarũ/ nec dicas ſine doloꝛe coꝛdis verbũ pꝛo quo credas te ſapientẽ debere vel ſãctũ ab hominibus reputari. Et ſi te contemni ſenſeris letare quia Chꝛiſtum contemtuꝫ iã imitari meruiſti. Et hec eſt pura via perueniẽdi ad poꝛtũ ſalutis vel ad viã pfectionis ad quã etiã conſeruandã multũ cõfert aſperitas veſtis ⁊ vilitas. Cũ igitur ex regula teneamur obedire pꝛelatis noſtris in oĩbus que nõ ſunt cõtraria regule et aĩe nr̃e/ ſtude toto tẽpoꝛe vite in oĩb⁹ eis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſubiacere ⁊ ſemper humiliter obedire non ſoluꝫ pre=
latis ſed etiam alijs. Et non cures quis eſt qui pͨipit.
Unde Gregorius. Non licet ſubditis diſcernere: ſed
ſtatim ſimpliciter obedire/imo vltro ſe offerre. Unde
cogita dictum Bernardi ꝙ nil ardebit in inferno niſi
propria voluntas. Cogita etiam de humilitate. Unde
quāto illud qđ obedictialiter tibi imponitur eſt aſpe=
rius ⁊ durius ⁊ carni horribilius: tanto ad ip̄m patior
debes eſſe ex aīo. Obedientias autē fauorabiles pro
viribus declina: quia ibi nō eſt tantum meritum.

¶ De obſeruantia refectorij. hoc eſt quomodo reli=
gioſus ſe habere debeat in refectorio.

C Um autē prandij hora venerit vel cene ſtatī cū
cāpanā audieris: te ante refectoriū repreſenta
vbi ſtās vel ſedēs in ſilētio ſtudeas ꝑmanere ⁊ dicas
pater noſter pro bn̄factoribus viuis quoties poteris.
Mēſam aūt ingrediens cogita te pauperū comeſtuꝝ/
laborē/vel ſudorē. tunc incipias comedere cū timore
et dolore vt verificetur ī te illud Job. Anteq̄ȝ comedā
ſuſpiro. Lectionē libēter audias. Sis ſꝑ ibi honeſtus
capite cooperto oculis nō diffuſis. Nulli loquaris ſine
magna neceſſitate. Et ne cures ſcire/quid ⁊ quantum
alij comedāt. Et nō ſis primus in comedēdo/nec vl=
timus in finiendo. Et dum ſanus es/nunq̄ȝ panē eli=
gas meliorē/ne deum offendas ⁊ proximū ſcādalizes.
Sis cōtentus in appoſitis ⁊ alia nō deſyderes/qꝛ ſcđꝫ
Auguſtinū. Mens ciboꝝ nimietate laſſata/orationis
et deuotionis perdit vigorem. Et ſcđm Hieronymū.
Ubicunq̄ȝ fuerit ſaturitas/ibidē libido dn̄atur. Ideo
primū caueas ne vinū forte aut purum bibas ne quod
datur ad nutrimentū fiat tibi ad detrimentum. Dicit
enim Apoſtolꝰ. Modico vtere vino ꝓpter ſtomachū/
quia īter oīa luxurioſa res eſt vinū. Specialia nō pro=
cures/nec oblata recipias ſi vitare poſſis bono modo.
Caue etiā ne modū excedas ī abſtinēdo: qꝛ ſicut dicit
Hieronymus. Tantū tibi ieiuniū impone: quātū ferre

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

poteris. Melius eſt tibi ſumere parum quotidie q̄ raro multum. Semper enim dum ſanus es cibarijs cõmunibus ſis contentus/ ſcilicet pane/ vino/ ⁊ pulmẽtum tantum. Et ſi tibi aliud apponatur ſi indiges accipias: ⁊ hoc moderate ſicut decet ſeruum Chriſti ⁊ zelatorẽ ſãctiſſime paupertatis. Cibaria vero que magis prouocant ad gulam q̄ ad ſuſtentationem ſemper deuita: ſicut ſunt cibaria ſpeciebus compoſita ⁊ ſimilia. nam ſicut dicit Bernar. Monacho ſatis eſt ad omne condimentum ſal cum pane. Nunq̄ vero occaſione tibi dimiſſi permittas tibi dari alium qui carior reputetur/ quia tunc non eſſet abſtinentia ſed ſimulate ſanctitatis apparentia. Caue ⁊ ne abſtinendo manducãtes iudices vel contẽnas/ ſed ſicut dicit Apoſto. Qui non manducat/ manducantem non ſpernat. Si aliqua abſtinentia tibi aliquando videtur dura. cogita de domino Jheſu/ qui cuʒ eſſet verus deus in anxietate patibuli fatigatus/ ſpinis coronatus/ clauis perforatus/ ſitiens felle ⁊ aceto potatus/ ⁊ ſic quamlibet aſperitatem facile ſuſtinebis. Ait enim Gregorius ⁊ Augu. Si paſſio dñi ad memoriam reuocetur: nichil eſt tam graue quin equo aĩo tolletur. Omnẽ ſuperfluitatem deuita ⁊ auiditatem qui ſunt incendium ⁊ nutrimẽtũ luxurie. Si autem citius comeſtionem te terminare contingat diuine prouidentie cogita largitatem qui beneficia ſua tibi adminiſtrare nõ ceſſat: licet nõ recognoſcas ſicut deberes. Cũ mẽſam fueris egreſſus deũ deuotiſſime lauda: ⁊ ei grãs referre nõ ceſſes. Quib⁹ cõpletis trahas te ad partem ⁊ viginti Pater noſter pro animabus illorum dicas quoꝝ que ſumpſiſti fuerunt vel dicas vigilias mortuoꝝ. Iteʒ quotidie dicas pſalmos penitentiales pro benefactoribus viuis. Cũ autem paupertas ſit totius edificij ſpiritualis fundamentum. Ideo in omnibus ſtrictam paupertatem obſerua ſicut precipitur in regula vt nichil ſub celo habeas niſi ea que neceſſitati tue per regulam cõcedũtur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nam iſta tranſitoria ſunt contraria eternis. Ideo ſis ſemper in terra pauper ſi de celo non deſyderes repelli. Ait enim Gregorius. Unuſquiſq̄ tanto a ſuperno amore diſiūgitur / q̄to inferius delectatur. Ergo per locum a contrarijs / quanto quis faſtidit terrena / tāto deo propinquius eſt. Ex quo ergo per penuriam terrenorum peruenitur ad gloriam beatorum ſtude ſemꝑ ad ſtrictiſſimā paupertatez / habere etiā ipſa neceſſaria time. Attēde vt nichil habeas ī cella niſi illa ſine q̇bus eſſe bono mō nō potes ⁊ etiā de rebus minimis ⁊ parū valentibus dico / ne forte negligēdo pauca vel minima paulatī cadas ad maiora / neq̄ etiā hēas niſi illa q̄ euidēs neceſſitas exigit manifeſta nō poſſibilis ſꝫ actualis / hoc enim pertinet ad ius ſaltiſſime paupertatis.

¶ De obſeruantia dormitorij.

Cum ad horā peueneris dormiēdi anteq̄ īgrediaris lectū / oēs affectus / cogitatus / ⁊ actus quos in die feciſti cū amaritudine aīe ad memoriā ſtudeas reuocare quos velut faſciculos doloris ante te cōſtitue. Et nūq̄ in lecto te ponas niſi fueris cōtritione repletus ne hoſtis ſuper te poteſtatē accipiens reumate vel alio morbo te dormientē extīguat ⁊ ad dolores quos deus auertat pertrahat dānatorum. Deinde aſpergas te aqua benedicta. In lecto autem ſic poſitus donec ſōnus te occupet dicas aliquos pſalmos vel paſſionē chriſti meditare. Si autem moleſtatus fueris cogitationibus malis / ſtatim fugias ad eccleſiam dicendo. Exurgat deus ⁊ diſſipētur inimici eius. Et caueas ne eundo vel redeundo fratres cōturbes quieſcentes / vt deo primo ⁊ fratribus omnibus eſſe valeas gratioſus. Sed quid proſunt he litere admonitionis niſi deleas de libro conſcientie tue literas mortis. Quid proſunt hec ſcripta intellecta / niſi temetipſum legas / ⁊ intelligas vt cognoſcas teipſum ⁊ legas ⁊ diligas deum vt pugnes ⁊ vincas mundum ⁊ omnem inimicū quatenus labor tuus conuertetur in requiē vel quietem.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

luctus in gaudium: ⁊ poſt tenebras huius vite videas ortum ſurgentis aurore/ videas etiam meridianum ſolem iuſticie in quo ſponſum pariter cum ſponſa proſpicies viuere eundẽ dominũ glorie: qui cum patre et ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat per omnia ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Explicit ordinariũ vite religioſe editum a ſancto Bonauentura de ordine fratrũ minoꝝ.

¶ De quibus coĩter debent confiteri fratres.

¶ Primo de diuino officio/ ſcdo de inobediẽtia/ tertio de tpe male expenſo/ q̃rto de ingratitudine/ q̃nto de negligentia ⁊ bonoꝝ omiſſione/ ſexto de pctis cordis/ ſeptimo de peccato oris/ octauo de pctõ operis.

¶ Primo de diuino officio. ſ. de eius omiſſione/ anticipatione/ dilatione/ feſtinatione/ replicatiõe ſine attentione ad verba ad ſenſum/ ⁊ ad finem: de impreparatione in principio ⁊ irreparatione/ ſiue irreuerẽtia/ ſiue hylaritate/ ſiue timore ⁊ grauitate/ ſiue humilitate/ imo cum multa ſupbia/ vanagloria/ ſine deuotione et feruore. ¶ Secundo: de inobedientia. quia non obediuit preceptis dei: regule/ prelati/ magiſtri/ ⁊ ſpiritusſancti/ vel bonis inſtinctionibus dei: quia non dilexit ex toto corde ⁊c. non obediuit regule in paupertatis zelo ⁊ in viſitatione infirmorum vel aľ prelatis et magiſtris quia non obediuit: humiliter/ libenter/ hylariter/ ſimpliciter/ perſeueranter/ prudenter/ feſtinanter: ſed totum oppoſitum. ¶ Tertio de tempore male expenſo: in ocio/ in ſomno/ in occupatione inutili/ vel parum fructuoſa relicto maiori bono/ exponendo tempus aptum orationi vel contemplationi in rebus parui valoris/ ⁊ in magno tempore paruum bonum faciendo. ¶ Quarto de ingratitudine erga deum/ beatam virginem ſanctos angelos/ beatum Franciſcum/ ⁊ omnes ſanctos/ parentes/ ⁊ magiſtros/ prelatos/ patres/ fratres/ ⁊ benefactores/ ⁊ hoc quantum



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ad bona tempoꝛalia puta:pacem victum ⁊ veſtitum/
ꝙ coꝛpoꝛalia puta ſanitatem ⁊ robur/ac integritatem
ſenſuum interioꝛum ⁊ exterioꝛum: ꝙ̃ etiam ſpiritua=
lia tempoꝛalia ⁊ eterna tempoꝛalia ſcilicet beneficium
creationis/ redemptionis/ conſeruationis/ guberna=
tionis/ vacationis/ cuſtodie angeloꝛum/ ſanctaruꝫ in=
ſpirationum/ doctrinarum inſpirationum/ exemploꝛū
ſacramentoꝛum/ loci tempoꝛis ſocietatis/ ⁊ omniū op=
poꝛtunitatum bene agendi/ pꝛeſeruationis a malis tē=
poꝛalibus coꝛpoꝛalibus ſpiritualibus et eternis.
¶ Quinto de negligentia toꝛpoꝛe/et emiſſione ſan=
ctoꝛum deſyderioꝛum oꝛationum mentalium ⁊ voca=
lium/ cerimoniarum inclinationum officioꝛum/ oꝛan=
di pꝛo benefactoꝛibus ⁊ amicis: de obliuione peccato=
rum in confeſſione et aliarum circunſtantiarum con=
feſſioni debitarum: quia non habuit tantam memoꝛiā
et diſplicentiam peccatoꝛum tantum pꝛopoſitum emē=
dandi/ de omiſſione penitentiarum iniūctarum in con=
feſſione et capitulo de negligentia veniendi ad cōmu=
nitatem ſpiritualem et coꝛpꝛalem. ¶ Sexto de pec=
catis coꝛdis: puta de ſuperbia/ pꝛeſumptione/ vana
gloꝛia/ambitione/ alioꝛum contemptu de temerarijs
iudicijs ⁊ ſuſpitionibus/ de ira/ de impatiētia triſticia/
odio/ rancoꝛe/ de inuidia/ de malis cogitationibus lu=
xurie vel mundialium guerrarum/ patrie parentum
ſecularium reruꝫ ⁊ de omni affectione terrena/ ⁊ coꝛ=
dis immundicia. ¶ Septimo. de peccatis oꝛis: de fra=
ctione ſilentij/ de verbis ocioſis/ de detractionibus/
murmurationibus/ de iactancia/ de verbis pūgitiuis/
de ꝟbis ſimulatoꝛijs/ de ꝯtētionibus/ de riſu/ ⁊ cachis.
¶ Octauo de peccatis operis: de ſomno/ de pollutio=
nibus/ de rebellionibus carnis/ de aſpectibus ⁊ diſcur
ſibus/ de libenti auditu verboꝝ ſcurriliū detractionū
et alioꝛum maloꝝ ⁊ vanoꝝ de exceſſu in comedēdo ⁊
bibēdo nimis auide: curioſe: attente: feſtināter: ar dē=
ter: deſyderando melioꝛa: lectione contēpta: de malis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

exẽplis ⁊ perturbationibus datis fratrib⁹ ⁊ ſecularib⁹ irreuerentia ad deũ/ ad eccleſiam/ ad altare/ ad ſacramenta eccleſie/ ad libros ad patres et fratres ⁊c.

¶ Finit huius confeſſionis ordo que cõiter a fratribus ſolet fieri. Nunc vero cõfeſſis cũ cordis cõtritione viciorũ quoqꝫ penitẽtia ſatiſfacta: ſequitur modus quo volentes celebrare miſſaꝫ/ ſe diſponãt vel preparent.

¶ Preparatio ad miſſã. Et pͥmo dicat vt ſequit̃.

Deus in adiutoriũ meum intende. Domine ad adiuuandum me feſtina. Gloria patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſctõ. Sicut erat in principio et nũc et ſemper: ⁊ in ſecula ſeculoꝝ amẽ. Alleluya. Laus tibi dñe rex eterne glorie.

v eni creator ſpũs mentes tuorum viſita imple ſuperna gratia que tu creaſti pectora.

Qui paraclitus diceris donum dei altiſſimi: fons viu⁹ ignis charitas et ſpiritalis vnctio

Tu ſeptiformis munere/ dextre dei tu digitus: tu rite promiſſum patris/ ſermone ditans guttura.

Accende lumen ſenſibus/ infunde amorem cordibus: infirma noſtri corporis/ virtute firmans perpetim.

Hoſtem repellas longius/ pacemqꝫ dones protinus: ductore ſic te preuio/ vitemus omne noxium.

Per te ſciamus da patrẽ/ noſcam⁹ atqꝫ filiũ: te vtriuſqꝫ ſpiritum credamus omni tempore.

Glía pr̄i dño natoqꝫ q̄ a mortuis ſurrexit ac pac̄lito in ſeculorũ ſecula. Amen. Antiphona. Ne reminiſcaris.

q Uam dilecta tabernacula tua dñe virtutũ: cõcupiſcit ⁊ deficit anima mea in atria domini.

Cor meum et caro mea: exultauerunt in deum viuũ. Etenim paſſer inuenit domum: ⁊ turtur nydum vbi reponat pullos ſuos. Altaria tua domine virtutuꝫ/ rex meus et deus meus. Beati qui habitant in domo tua dñe: in ſecula ſeculoꝝ laudabunt te. Beatus vir cui⁹



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eſt auxiliu; abs te aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit
in valle lachrimarum/ in loco quem poſuit. Etenim
benedictionem dabit legiſlator ibunt de virtute in
virtutem / videbitur deus deorum in ſyon. Domine
deus virtutum exaudi orationem mea;: auribus per
cipe deus iacob. Protector noſter aſpice deus/et re=
ſpice in faciem Chriſti tui. Quia melior eſt dies vna:
in atrijs tuis ſuper milia. Elegi abiectus eſſe in domo
dei mei: magiſq; habitare in tabernaculis peccatorũ.
Quia miſericordiam et veritatem diligit deus grãm
et gloriam dabit dñs. Non priuabit bonis eos qui am=
bulant in innocentiam domine virtutum/ beatus ho=
mo qui ſperat in te. Pſalmus Dauid.
b Enedixiſti dñe terram tuam: auertiſti captiuita
tem iacob. Remiſiſti iniquitatem plebis tue: operuiſti
oĩa peccata eorũ. Mitigaſti õnem irã tuã: auertiſti ab
ira indignatiõis tue. Cõuerte nos deus ſalutaris nr̃:
et auerte iram tuã a nobis. Nunquid ineternũ iraſce=
ris nobis: aut extendens irã tuã a gñatione et gñatio=
nẽ. Deꝰ tu ꝯuerſus viuificabis nos: ⁊ plebs tua letabit̃
in te. Oſtẽde nobis dñe miam tuam: ⁊ ſalutare tuũ da
nobis. Audiã quid loquat̃ in me dñs deus: qm̃ loquet̃
pacẽ in plebẽ ſuã. Et ſuper ſctõs ſuos et in eos qui cõ=
uertuntur ad cor. Veruntñ prope timẽtes eũ ſalutare
ipſiꝰ vt inhabitet glĩa in terra nr̃a. Mia ⁊ veritas ob=
uiauerunt ſibi: iuſticia ⁊ pax oſculate ſunt. Veritas de
terra orta ẽ: ⁊ iuſticia de celo ꝓſpexit. Et eni dñs dabit
benignitatẽ: ⁊ terra nr̃a dabit fructũ ſuũ. Juſticia añ
eũ ãbulabit/ ⁊ ponet i via greſſus ſuos. p̃s Dauid.
i Nclina dñe aurẽ tuam ⁊ exaudi me: qm̃ inops
et pauper ſum ego. Cuſtodi animan meam qm̃
ſctũs ſum ſaluũ fac ſeruũ tuũ: deus meus ſperantẽ in
te. Miſerere mei qm̃ ad te clamaui tota die letifica aĩa;
ſerui tui. qm̃ ad te domine animã meam leuaui. Quo=
niam tu dñe ſuauis ⁊ mitis; ⁊ multe miſericordie inuo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cātibus te. Auribus percipe domine orōnē meā ītēde
voci depcationis mee. In die tribulatiōis mee clama=
ui ad te/ q꞉ exaudiſti me. Nō eſt ſimilis tui in diis dñe:
et nō eſt ſcd̄m opera tua. Oīs gētes quaſcūq; feciſti
veniēt et adorabūt corā te dñe: et glorificabūt nomen
tuū. Qm̄ magnus es tu ꝛ faciens mirabilia tu es deus
ſolus. Deduc me dñe in via tua et ingrediar in verita=
te tua/ letetur cor meū vt timeat nomē tuū. Cōfitebor
tibi domine deus meus in toto corde meo: ꝛ glꝛificabo
nomē tuū ī eternū. Qꝛ mīa tua magna eſt ſuper me/ et
eruiſti aīaꝫ meā ex īferno īferiori. Deꝰ īiq̄ īſurrexerūt
ſuper me/ et ſynagoga potētiū q̄ſierūt aīam meā/ ꝛ nō
ꝓpoſuerūt te in cōſpectu ſuo. Et tu dñe deus miſera=
tor et miſericors/ patiens et multe mīe ꝛ verax. Reſpi=
ce ī me et miſerere mei/ da īperiū tuū puero tuo/ ꝛ ſal
uū fac filiū ancille tue. Fac mecū ſignū in bono/ vt vide=
ant qui oderūt me et cōfundātur/ qm̄ tu dñe adiuuiſti
me et cōſolatus es me. Pſalmus Dauid.

c Redidi propter qđ locutꝰ ſū/ ego aūt hūiliatꝰ ſū
nimis. Ego dixi in exceſſu/ oīs homo mendax.
Quid retribuam domino/ pro oībꝰ que retribuit mi=
chi. Calicem ſalutaris accipiā et nomē dñi inuocabo.
Uota mea domino reddam corā omni pp̄lo eiꝰ/ precio=
ſa in conſpectu domini mors ſctōrum eius. O dñe quia
ego ſeruus tuꝰ ego ſeruus tuꝰ ꝛ filꝰ ancille tue. Diru=
piſti vīcula mea/ tibi ſacrificabo hoſtiā laudis et nomē
dñi īuocabo. Uota mea dño reddam/ in conſpectu oīs
populꝰ eius/ in atriis domus dñi medio tui iheruſalem

Pſalmus Dauid.

d E ꝓfundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocē
meā. Fiāt aures tue ītēdētes ī vocē depcatiōis
mee. Si iniq̄tates obſeruaueris dñe: dñe q̄s ſuſtinebit.
Qꝛ apud te ꝓpiciatio eſt: ꝛ ꝓpter legē tuā ſuſtinui te
dñe. Suſtinuit aīa mea ī vbo eiꝰ: ſpauit aīa mea ī dño.
A cuſtodia matutīa vſq; ad noctē: ſpet iſrael ī dño. Qꝛ
apud dñm mīa ꝛ copioſa apđ eū redēptio. Et ipe redi=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

met iſrael ex omnibus iniquitatibus eius. Glo͂ria p͂ri. añ.
Ne reminiſcaris dñe delicta noſtra vel parentum nr̃oꝝ
neqꝫ vindictam ſumas de peccatis noſtris.

k yrieleyſon. Xp̃eleyſon. Kyrieleyſon. Pater nr̃.
Et ne nos inducas i tẽtationẽ. Sed libera nos a
malo. Ego dixi dñe miſerere mei. Sana animam meã
quia peccaui tibi. Cõuertere dñe vſqꝫquo. Et depreca-
bilis eſto ſuper ſeruos tuos. Fiat mĩa tua dñe ſup nos.
Queẽadmodũ ſperauimus in te. Sacerdotes tui induã
tur iuſticiam. Et ſancti tui exultent. Ab occultis meis
mũda me dñe. Et ab alienis pce ſeruo tuo. Dñe exau.
Et cla. Dñs vobiſcum. Et cum. Oratio.

a Vres tue pietatꝫ mitiſſie deꝰ: iclina p̃cibꝰ meis
et gr̃a ſpũſſãcti illuĩa coꝛ meũ vt tuis miſteriis di
gne miſtrare: teqꝫ et̃na charitate diligere merear. Or̃o

d Eus cui omne coꝛ patet et omnis volũtas loqui-
tur: et quem nullum latet ſecretum: purifica per
infuſionem ſancti ſpiritus cogitationes noſtri cordi: vt
te pfecte diligere: et digne laudare mereamur. Or̃o.

v Re igne ſcti ſpũs renes nr̃os: ⁊ coꝛ nr̃m dñe: vt tibi
caſto coꝛpe ſuiamus et mũdo coꝛde placemꝰ. Or̃o

m Entes noſtras q̃ſumus domine ſpiritꝰ paracli-
tus qui a te pꝛocedit illuminet et inducat i omnẽ
ſicut pꝛomiſit filius veritatem. Oratio.

a Sſit nobis queſumus domine virtus ſpiritus
ſancti que et coꝛda noſtra clementer expurget: et
ab oĩbus ſemper tueatur aduerſis. Oꝛatio.

d Eus qui coꝛda fideliũ ſcti ſpiritus illuſtratione
docuiſti da nobis in eodẽ ſpiritu recta ſapere: et
de eius conſolatione gaudere. Oꝛatio.

c Onſciẽt[illegible]s noſtras q̃s dñe viſitando purifica: vt
veniẽs Jheſus Chꝛiſtꝰ filiꝰ tuꝰ dñs noſter cũ om-
nibus ſanctis paratã ſibi nobis inueniat mãſionẽ. Qui
tecum viuit et regnat in vnitate ſpũſſancti deus. Per
omnia ſecula ſeculoꝛum. Amen.

¶ Explicit liber Eruditionis religioſorum: in quo que religioſis perutilia multi ſancti diuerſis in voluminibus ſcripſerunt: ſuccincte cōprehenduntur. Eſtq; Pariſius ad hāc formā [redacted] impenſis Henrici Stephani nouiter redactus ⁊ īpreſſus in vico collegij Beluaceñ. e regiōe ſcole decretor. Anno ſalutis nr̃e. 1512. ⁊ prima die menſis Junij.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ōibus operibus tuis memorare nouissima tua
et in eternum non peccabis. eccl. 7.
pro. 10. qui yndocti sunt inegestate cordis morientur
exo. 23. non acipies munera que excecant prudentes
pro. 6. homo apostata vir inutilis
nisi yn timore domini tenueris te ynstanter
cito conuertetur domus tua. ecl. 27.
fidelis deus est qui non patietur vos tentari
supra id quod potestis. 1. corin. 10.
ex ore fatui reprobabitur parabola quia non
dicit eam yn tempore suo. eccl. 20.
ve dissolutis corde q̄ non credunt deo et ideo
non protegentur ab eo. eccl. 2.
qui custodit os suum custodit animam suam. proue. 13
mors et vita yn manibus lingue. prouer. 18.
verbum dulce multiplicat amicos et mitigat inimicos. ec 6
tentat vos dominus deus vester vt palam
fiat si diligatis eum an non. deutero. 13.
[illegible] qui est yn peccato promittit longam vitam
[illegible] differat venire ad penitenciam.
deus superbis resistit et humilibus aūt dat graciam. ja 30
[illegible] ne tardes conuerti ad dominum et ne
differas de die in diem. eccl. 5.
[illegible] ad indignandum facilis est erit ad
peccata proclinior. pro. 29
[illegible] dominus pios de tentacione eripere
[illegible] 2.
[illegible] sunt condigne passiones huius tempo
[illegible] reuelabitur
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ucación, Cultura y Deporte

Ministerio de [illegible] Cultura y Deporte

TO
BIBLIOT
Sala
Núm

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

TOLEDO
BIBLIOTECA PROVINCIAL
Sala Reservado
Número 942

RELIGIOSO

Res.
942

Ministerio de Educación